Chronicon
memorabilium et notabilium conventus montis Calvariæ
prope Arwiler
Fratrum minorum s. Francisci Recollectorum.

Edidit
Godefridus Eckertz.

Annus 1440.

Sanctus mons Caluariae Ierosolymis fuit olim exterior appendix montis Sihon. Secundum id valde similis est adiacens mons Caluariae respectu aliorum circumiacentium montium prope fluvium Aram et ciuitatem Arweilerium.

Anno 1440 circiter saeculo quinto decimo ad vmbelicum (sic) declinante spectabilis quidam heros Hierosolymis a patre Guardiano ordinis Minorum conuentus saluatoris eques sacri sepulchri dominici creatus in Germaniam redux fortuna fœliciter secundante in archidiocaesi coloniensi Arwileram oppidum subiit, vbi pia speculatione se ad sacra Palæstinae loca reflectens Arwileram imaginatus fuit Hierosolymorum vrbem, Aram fluvium torrenti Cedron assimilauit, per collem amœnissimum australi situ oppido aduersum montem Caluariae repræsentavit atque per pagum Gentzem colli subditum hortum Gethsemani; admota quoque dimensione a dicto colle in paræciam (sic) S. Laurentii Arwileranam reperit distantiam montis Caluariæ Hierosolymitani vsque ad Pilati prætorium iuxta mensuram, quam secum adduxerat. Re tali diuulgata senatus populusque Arwileranus vota firmarunt, dictum collem australem redemptori crucifixo eiusque compatienti matri reuerenter consecrandi translato prius malefactorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

supplicio [1]) (quod inibi conspicuum erat) supra alium montem aquilonarem, Elligt nuncupatum.

Hic autem monticulus tamdiu „Kopf“ dictus latino vocabulo Caluaria in communi et quotidiana vsurpatione Christo saluatori mundi assignatus, etiam ibidem imago triumphalis crucis in humili lignea capella [2]) cum consecrato altari erecta fuit, ita vt per tale signum humanae salutis et redemptionis, quemadmodum longe ante in primo originali monte Caluariae Jerosolymitano accidit, sic etiam patenter hoc in loco cum extirpatione prioris ignominiae omnis honor, solatium et gaudium Christi fidelibus animabus obtigerit.

Erecta supra altare in hoc deo sacrato loco crucifixi imago ab vtroque latere cum statuis beatissimae virginis et matris Iesv, Mariae et sancti Ioannis Euangelistae, infra circum crucem amplectentis Mariae Magdalenae exornata fuit.

Stans autem matris dolorosae iuxta crucem statua in tam deuota specie cernitur, vt afflicta Christi fidelium corda notabiliter suam pietatem ad eandem conuerterint, sicuti nec hodie cessant pro impetrando solatio in suis priuatis necessitatibus per pretiosa merita et efficacissimam intercessionem eiusdem tam dolenter iuxta crucem sui filii subsistentis afflictae matris.

In hoc nostro Caluariae Arweilerano monte id ipsum ex cera formatae imagines aliaque corporis humani membra ibidem circa memoratam statuam matris domini copiose et multifariam tam ab antiquo quam hodierno tempore demonstrant ac contestantur oblata atque suspensa.

Annus 1502.

Anno nostrae salutis 1502 decimo quarto mensis Februarii duo ciues ciuitatis Arweileranae Joannes Armbrustmacher et Ioannes Bardtscherer a Romana ecclesia certas quasdam indulgentias huiusce tenoris impetrarunt in diplomate.

Oliuerius Sabinensis, Georgius Tusculanus etc. romanae ecclesiae episcopi cardinales, Sabinens., Portegalens., Neapolitanus, Alexandrinus, Venetus, Montis Regalis, Caesariensis, Resinensis Seuerini etc. vniuersis et singulis Christi fidelibus prae-

1) patibulum (Galgen) heißt es an einer andern Stelle.
2) Die Handschrift hat: cappela.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam etc. Cupientes etc. vt capella passionis domini sita in loco quondam „Cop," nunc autem mons Caluariae nuncupato prope Arweiler colon. diocaesis congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus iugiter veneretur ac in suis structuris et aedificiis debite reparetur, conseruetur ac manuteneatur nec non libris, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis et rebus aliis pro diuino cultu inibi necessariis decenter muniatur atque Christi fideles ipsi et libentius deuotionis causa confluant ad eandem et ad reparationem, conseruationem, manutentionem et munitionem huiusmodi promptius porrigant adiutrices manus,[1]) quo ex hoc ibidem dono caelestis gratiae vberius conspexerint se refectos, nos cardinales praefati videlicet quilibet nostrum per se supplicationibus dilectorum nobis in Christo Ioannis Ballistarii et Ioannis Barbitonsoris laicorum eiusdem capellae prouisorum ac vniuersorum hominum communitatis dicti oppidi nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis Christi fidelibus vtriusque sexus vere pœnitentibus et confessis, qui dictam capellam in singulis videlicet paschae et lanceae, clauorum ac lamentationis b. Mariae virginis nec non inuentionis sanctae crucis ipsiusque capellae dedicationis festiuitatibus et diebus a primis vesperis vsque ad secundas vesperas inclusiue deuote visitauerint annuatim et ad praemissa manus porexerint adiutrices, pro singulis festiuitatibus et diebus, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer in domino relaxamus praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis etc. Datum Romae in domibus nostris anno MDII XIIII. die februarii.

Hic occurrit obseruandum, quod antiquum sacellum in hoc nostro monte Caluariae olim versus ciuitatem ex metu incolarum propter bellica pericula de luto, versus syluestres autem a retro montes de lapidibus valde humiliter fuerit exstructum.

Annus 1505.

Anno 1671 die 21 Aprilis demolitum fuit antiquum sacellum et summum altare amotum est, apertumque est sepulchrum,[2]) ex

1) manus fehlt in der Handschrift.

2) In dem Sepulcrum der Altäre wurden die Einweihungs-Urkunden niedergelegt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quo v. adm. P. Guardianus extraxit reliquias astantibus P. vicario, F. Leonardo, Iosepho, Henrico et aliis saecularibus inventumque scriptum, quod altare consecratum fuerit 1505 die Sept. 14, ut ex sequenti copia patebit: Nos Theodericus etc. episcopus Cyrenensis ac sacrae theol. professor etc. per diocœsin colon. in pontificalibus vicarius generalis. Notum facimus per praesentes, quod anno a natiuitate domini MDV, die vero decima quarta, quae fuit ipso die exaltationis sanctae crucis mensis Septembris, consecrauimus hanc capellam cum isto altari vnico in honorem omnipotentis dei gloriosissimaeque virginis Mariae ac sanctorum suorum, exaltationis sanctae crucis, Sebastiani, Ioannis Baptistae,[1]) Anthonii, Georgii, Annae, Margaritae, Catharinae, Barbarae, Christophori, Nicolai, s. Ursulae cum sodalibus suis, Caeciliae, imponimus sanctorum reliquias cum tribus granis thuris atque sigillo nostro ad debitam exhibitionem solemnitatum atque ceremoniarum circa huiusmodi pontificis officii exemptionem fieri consuetarum dantes omnibus et singulis Christi fidelibus vtriusque sexus hominibus praesens altare in die dedicationis ac diebus patronorum ad quinque „pater noster“ in honorem quinque vulnerum Iesu Christi et passionis eius nec non et totidem „ave Maria“ deuote orantibus seu visitantibus toties, quoties id fecerint, quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis[2]) sibi penitentiis misericorditer in domino relaxamus.

Annus 1609.

Anno 1609 in civitate Arwilerana inchoata[3]) est confraternitas beatissimae Virginis Mariae, 1614 coloniensi incorporata est, 1625 decimo octauo Martii sequentes eiusdem leges conditae: I. Arwilerensis senatus erit prouisor et inspector et promouebit, vt seruentur leges, et promoti iu senatum assument confraternitatem et promotionem suis sub iuramento promittent. II. Cumque honorem dei et cultum b. Mariae virginis promouere et catechesin puerorum intendat fraternitas, hinc assumetur sacerdos, qui sit bonae vitae, vt administret sacra. III. Is sacerdos ex familia

1) Zwischen dem Worte Baptistae und Anthonii ist in der Handschrift der Raum für ein Wort freigelassen.

2) Die Wörter iniunctis und penitentiis sind von anderer Hand zugesetzt.

3) Handschrift: inchota.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Rickiana vel Stapelbergica promouendus ad confraternitatis administrationem erit, deficientibus ex duabus familiis personis, ciuis filius [1]) et postmodum alius qualificatus substituendus. IV. Ius conferendi et praesentandi vicarium consuli, scabinis et senatui com petat. Hinc tenebitur taliter praesentatus se quoque praesentare R. Patri Rectori Iesuitarum vel praefecto sodalitatis Coloniae, (cum qua anno 1614 incorporata fraternitas), a quo si bonum testimonium habeat, inuestitura a pastore pro tempore in Arwiler non negari, sed dari debet. V. Tenebitur ad tria sacra sacerdos vicarius, primum diebus sabbathinis mane hora sexta aestate, hyeme hora quarta, quod cantabitur et ludetur in organis cum exhortationibus pro fidelibus defunctis in fraternitate, alterum feriis 5,6 media hora, antequam senatus conueniat, tertium diebus dominicis post matutinas, ad quod sacrum contulit stipendium pro sacerdote defunctus pastor, habebit catechesin cum domino pastore et ipsi subditus erit et in choro adiuuabit in diuinis. VI. Officians sacerdos habebit 100 daleros imperiales et liberam domum Rickianam, nisi quod fratribus Brulensibus debeatur hospitium in ea, tenebiturque sacerdos eam sartam tectam [2]) conseruare, ad quod aduigilabunt senatores eam lustrando semel in anno, et quamdiu vicarius summam praedictam annue habere non potest, conducetur sacerdos, qui sacra praescripta leget. VII. Vicarius promittet senatui singulis annis suae administrationis vnum dalerum post mortem testamento relinquere pro augmento confraternitatis. VIII. Praefectus sodalitatis in Septembri reddet rationem senatui assistente pastore et vicario de perceptis confraternitatis expensis et reditibus et bene aduigilabit, vt bona confraternitatis in suo esse [3]) conseruentur.

Super haec confirmatio a serenissimo coloniensi petita.

Annus 1620.

8. Augusti pro fratribus Brulensibus hospitandi usum in domo sua Arwilerii suo testamento liberum fecit R. et C. D. Iacobus Rickius licentiatus et vicarius in Arwiler iuxta clausulam extractam, quae sequitur: Tandem vero, quod fratres obseruantes Bru-

1) Bürgerssohn.
2) sartam tectam conseruare, in baulichem Zustande erhalten.
3) Bestand.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lenses in vindemia aliisque temporibus ipsis vsui existentibus in hac mea domo hospitare soliti sunt, idcirco tum et regularis pietatis intuitu, vt ipsis, quatenus non aliud oboriatur canonicum impedimentum, talis hospitatio ad diuerticulum illorum maneat, ordino, volo disponoque. Actum anno 1620 die 8 Augusti, quo die Sabbathini sacri per memet Iacobum Rick praememoratum factum est initium. — Iacobus Rick, licentiatus ac presbiter, quod faelix faustumque sit, subscripsi. — Petrus Deuelich subscripsit pari modo. — Anton Alden subscr. — Nicolaus Stappelberg. — Iohann Sconeck. — Laurens Hausmann. — Adolphus Sculkenius s. theologiae doct., seren. ac reu. principis ac dom. Ferdinandi archiepiscopi colon. vicarius nec non in spiritualibus generalis commissarius approbauit et subscripit. — Pro copia ex originali suo exstracta Balthasar Hausmann notarius immatriculatus.

Annus 1622.

Anno 1622 reu. dom. Iacobus Rick licentiatus suo sumptu sacras tabulas versus montem Caluariae resarciri fecit viamque lapideam e ciuitate ad secundam vsque tabulam sterni. Praedictus dom. licentiatus fratres nostros Brulenses medullitus amabat et, si eos Arwilerae residentiamque pro iisdem plantare licuisset, omnem in eius primordia substantiam profudisset.

Annus 1625.

Anno 1625 senatum Arwileranum rogauit Ioannes Gohr ciuis, quatenus dignarentur nouum in monte Caluariae exaedificare sacellum, senatu autem recusante quindena post petiit et impetrauit patentes, quibus suae industriae id ipsis committebatur. Res multis ridicula visa fuit, sed dei nutu constanter coepta foelicius incrementum sumpsit.

Schema veteris aediculae depictum superest in libro Eleemosynarum et primarum antiquitatum per piae recordationis C. F. Bernardinum Karsch definitorem optima fide conditum.

Anno 1625 cum consensu honorati magistratus ciuitatis Arweileranae per Ioannem Gohr tanquam fabricae magistrum factum est initium exstruendi capaciorem capellam in monte nostro Caluariae. In principio hyemis praefatus magister fabricae curauit per dominum Stephanum Schleich pro foelici successu et aptis lapidum fodinis inueniendis sacrum missae officium in monte Cal-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uariae celebrari; finitis vtrimque precibus magister fabricae cum conductis operariis ascendit sublimem montem (Roderschen) versus fontem (Meybundtgen), perdita ibidem opera varias operarii, quemadmodum etiam alii antea, cauillationes commiscueruut, nimirum lapideas portas ciuitatis Arweileranae ab altera parte Rheni ex Petra-Draconis esse aduectas, speciosum templum parochiale esse exstructum ex finitimi comitatus Newenahr lapidea fodina (Dettelforst), Olbrûck, Wiuer [1]) prope Kempenich: per tot saecula nec Mediolanos nec alios peritos murarios siue lapicidas in montibus Arweileranis aptam aliquam lapidum fodinam potuisse reperire, cur ergo nunc frustra tam temere praesumeretur?

Hisce et similibus dicteriis non attentis magister fabricae animose in domino cum praesentibus operariis mox trans riuulum Wingsbach ad montem Wurtzelberg perrexit. Ibidem appositae manus et postquam ad duos circiter pedes in terram penetrarunt, optatissima quaedam lapidea vena apparuit tam iucunda, ac si esset humana ratione ibidem disposita, quae ad aedificium artificiosius aptiusque seruiuit quam omnes priores, etiam remotius distans Draconis-Petra. Itaque in hoc et sequente anno ibidem necessarii lapides effossi et coaptati [2]) sunt.

Principio hyemis anni praedicti Ioannes Gohr pro inquirendis saxis ad fabricam opportunis contraxit cum Mathaeo Mûhler von Blankenheim et Ioanne Schonen ciue Arwilerano, qui tres, vt pium opus cum dei adiutorio foelicius auspicarentur, in monte Caluariae procurarunt per R. D. Stephanum Schleich presbiterum rem diuinam sibi fieri. Precibus itaque praemissis conscenderunt montem Roderschen supra fontem Meybuntgen, vbi cum saxifodina sese nulla proderet, operarii ambo Ioannem Gohr in suis contentionibus [3]) sugillando illudebant, eo quod Mediolanenses caementarii omnium maxime industrii per multas retro annorum centurias opportunam [4]) saxifodinam minime reperissent, (sic quidem portae ciuitatis ex Drachenfels, ecclesia vero parochialis ex locorum comitatus Newenhar Dettelforst, Olbrûck et Viuer prope Kempenich erutis saxis et e remotioribus partibus aduectis exae-

1) Jetzt Weibern c. 1 Stunde vom Laacher See.
2) Behauen.
3) Die Handschrift hat: concentibus.
4) Die Handschrift hat: oportunam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dificari debuissent), vanam[1]) itaque fore nouam hanc praesumptionem. Quibus cum Ioannes Gohr respondisset, ipsos ad inquirendum conductos, et si intra quindenam rem frustra tentarent, diurnum ipsis salarium indubie manere, sumpto itaque in Roderschen monte prandio, transito torrente Winchbach ascenderunt montem Radaeum (Wurzelberg), non procul loco Gannenstein, in cuius planitie ligone immisso ad secundum pedem primae fossae inuenerunt venam lapidum venustissimam, ac si artificio humanae[2]) industriae compacti fuissent. Hora itaque secunda pomeridiana domum reduces vino ac aeduliis[3]) cum laetitia refecti sunt. Postera die eruerunt 20 circiter carrucas saxorum, quos monte Drachenfels (qui patribus societatis Coloniae pro nouo collegio deseruierunt) longe praestantiores inuenerunt. Tertia die pro eruendis huiusmodi saxis conuentio facta est.

Annus 1626.

Anno 1626 Joannes Gohr totus positus fuit in saxis eruendis et dolandis.

Annus 1627.

Anno 1627 17. Iunii conclusa fuit idaea sacelli fabricandi simul et sanctae cryptae pro sepulchro dominico.

Aestate ea faber lignarius Ioannes Reiskirchen ex Wederauia composuit structuram tecti supra nouos[4]) muros sublimandi.

Biduo ultimo Septembris per viros 20 erecta fuit fabrica praedicta, quae hora IX corruit in altitudine ... pedum, alii circiter 50 et alii 60 pedum simul cum lignis fabrefactis corruerunt, viri 14 partim complectentes trabes et laquearia in pauimentum ecclesiunculae, partim extra dictam ecclesiunculam in pendulum montis pertrusi, nullus tamen omnium digitulo laesus apparuit, imo in puncto lapsus completi sibi mutuo collocuti fuere, quod non sine speciali numinis diuini beneficio fieri potuisse ab omnibus creditum fuit, iuxta illud psalmi: cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Fuit sane ruina et strages fabricae confractae res magni

1) Die Handschrift hat: vanum.
2) Die Handschrift hat: humano.
3) Edulia, Essenswaaren.
4) Die Handschrift hat: nouis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

damni et fragor auditus in Beull et Lanseron, velut si puluis tormentarius e colubrinis seu balistis bellicis resolutus fuisset, quam ob rem et lapsus hominum iis tanto horribilior obuenit, quod velut volucres ex alto excussi vndique prosternebantur. Bartholomaeus faber adhuc viuus iam tum vineam suam colens prae horrore obriguit. Ioannes Gohr ad stationem crucis infortunium [1]) deo commendabat, at mox ascendens perquisiuit, quinam ex eo casu mortui essent. Cumque circumlustrantes Martinum Eysell non viderent, (obrutus in noua turri et 10 plaustris lignorum nusquam apparere poterat) cumque acclamando Martinulum [2]) inter mortuos referrent, is de profunda congerie respondit: nihil laesus sum, curate tantum, vt hinc eximar. In authumno auni 1627 lapicida Ioannes Palsgraff, famulus Mathiae, in specu sepulchri futuri dominici laborabat. Eius aemulus latumus quidam ex Hersell anno 1640 adhuc in Berken superstes bombarda instructus progressus Arwilerum in eodem oppido diris se deuouerat, nisi supra dictum [3]) Palsgraff glande traiiceret. Crudeli itaque genio montem Caluariae conscendit, specum occidentalem subiit et dracone bombardae imposito cum eandem soluere pararet, subito aderat R. D. Stephanus Schleig, bombardam eripit, in petram resoluit et reperit duplici eam glande instructam fuisse.

Relatio informatoria, quali modo primitus obtentus locus habitationis nostrae.

Quod ciuitas Arweiler diocaesis et iurisdictionis colon. et termini Brulensis in districtu comitatus Newenahr sita olim nostros saepius desiderarit et media tunc affulserint, quae postea euanuerunt, certum est, quod etiamnum nostros expeterent, valde speciose persuasum fuit nostris praelatis. Quo praesupposito die XI Decembris 1627 reuerendiss. P. commissarius generalis in scriptis desuper mihi commissionem dedit, cui tunc alligatus, ne, si forte praeueniremur ab aliis religiosis atque serius sapere inciperemus omnisque de me narraretur fabula vtpote solo negligentiae reo, mox personaliter me praesentaui directori supremo aulae coloniensis reuerendiss. et illustrissimo episcopo Osnabur-

1) Die Handschrift hat: infortinium.
2) Triginta annis soldis loci aedituum egerat Martinus Eysel ciuis Arwileranus. So heißt es an einer anderen Stelle der Chronik.
3) Die Handschrift hat: drictum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gensi, qui praemissa quaestione, an non terminis Lintzensium, Andernacensium et Bonnensium obesset, mox intulit (?), apud serenissimum principem Electorem nil difficultatis fore, modo prius ciuitas missis literis ab ipsomet serenissimo nostros fratres peteret aut dato documento hoc testaretur.

Patentes reu. Patris Commissarii generalis.

Virtute praesentium committimus vener. admodum Patri commissario conuentus nostri Brulensis, vt nostro et prouinciae Coloniensis nomine petat humiliter a serenissima sua celsitudine licentiam, qua possimus recipere locum aliquem seu residentiam in Arweiler ob considerationes et causas, quas communicauimus. Signatum in nostro minorum conuentu. Brulae XI Decembris anno 1627. — F. Iosephus Bergaigne, commissarius generalis.

Annus 1628.

Proinde die 18. Januarii omnes sex sacerdotes nostri in scriptis determinarunt medium accelerandae residentiae et consilium pacificationis termini eoque praeuio personaliter cum F. Lutgero Kettwig perrexi versus Arwiler atque P. Joannem Cupper ex termino Lufftelberg die 24. Januarii comitem accepi. Postridie apud clarissimum dominum Nicolaum Stappelberg seniorem consulem et scabinum (qui clauum tenet) seriam propositionem fecimus et eius applausu consilioque consulem primariosque scabinos salutauimus inclinauimusque, vt de foris aliud non aduertimus, [1]) qui die 26. Januarii ad oblatam scripto petitionem nostram desuper consulum et scabinorum solemni conuentione facta per consulem nobis responderunt, dominis petitionem nostram scripto exhibitam gratam fuisse et dignam visam, quae vlterius pleno senatui (ad quem octo alii adhuc requirebantur) proponeretur feria 6. in senatorum conuentione ordinaria, sicut factum est; verum nec primae nec secundae conuentioni interfuit praefatus dom. Stappelberg, et cum domini senatores pro tunc absolute vellent negatiuum dare responsum, vt refert P. Joannes Cupper, dominus Stappelberg mitiorem et quasi delatorium recessum die 28. Januarii prothocollatum promouit. Ego quidem in priuato congressu suprascriptorum dominorum suggesseram pro pede primum figendo

1) Wie wir von außen nicht anders wahrnehmen konnten.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tria media, primo quod darent nobis montem Caluariæ in colle e regione ciuitatis, locum ante annos 1202 (sic) tunc florentem a cardinalibus solemni diplomate indulgentiis dotatum, deuotum, miraculosum, pereginationibus famosum et amoenum, qui et riuo fonteque instrui potest et recens inuento lapide insigniter exaedificari muroque cingi in toto circuitu et a suburbio siue pago in pede collis siue montis Caluariae sito continuis seruitiis gaudere, vbi nostris existentibus omnes vicini populi plus vota sua et simul oblationes, quae modo copiose fiunt, abundantius offerent, et quia probabile erit, pauciores ibi commoraturos, proinde fratres deuotarii solemue officium semper non facientes melius in tali monte quam in ipsa ciuitate absque officio canonico quasi residerent otiosi, vel si in eodem monte pusillus conuentus coaedificari non deberet, possent nihilominus nostri ciuitatem incolentes isti loco subseruire sanctius, cum triplo sit vicinius, quam sacellum S. Helenae in rupe Romerii absit a conuentu Buricensi. Secundo loco suggessi, quod locum seu domum vicariae et confraternitatis B. Mariae virginis (in qua ex testamento perpetuum hospitium habemus), eo quod beneficium adhuc nulli collatum esset, nostris conferrent auctoritate serenissimi, quam nos impetrare deberemus, cui speculationi gratiose fauet, quod fundator reu. dom. Jacobus Rick omnia ista bona, vt toti patriae constat, obtulerit in fundationem nostri conuentus, nouissime adhuc ante quadriennium nostris recusantibus; vel pro tertio indifferenter reliqui [1]) iudicio et beneplacito dominorum assignare nobis locum qualemcunque nostra industria, cura et labore aptandum seu exaedificandum, et super hoc solum generaliter loquitur nostra in scriptis exhibita petitio supratacta. Optimus quidam in meditullio ciuitatis est locus in concurrentia trium insignium platearum nuper a Capucinis [2]) lustratus, Metternicher Hoff, retrorsum riuo adiacens, vinea scilicet absque domo; sed forte pro 2000 imperialibus non prostabit venalis.

Et licet de Richer Hoff aliisque locis alii consilia formarint, mihi tamen in hac annona et pro nostra tenui fortuna, statu et qualitate mediorum visa fuit nulla domus melior quam antiqua valde deserta vulgo Esser Hoff prope introitum ciuitatis

1) Ich habe anheimgegeben.
2) Die Handschrift: Capuccinis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(quam viliori pretio fore sperarem) etiam riuo adiacens et in circuitu hortis et aediculis pauperculis cincta, quae mediis successiue et moderate obuenientibus variis vicibus coëmi possent in circuitu, et materialia congeri, vt pluribus annis .... iam fecerunt fratres nostri Monasterienses.

Causae impellentes, cur locus iste ambiendus videatur: quia prouincia Coloniæ hinc inde a Saxoniae et inferioris Germaniae prouinciis conterminis iam nunc circumscripta est, vnde aduigilandum in tempore (fronte capillata, post est occasio calua), quando totius prouinciae conuentus fratribus abundabunt, vt in prouincia inferioris Germaniae, quem diem plane confido adhuc aliqui nostrum videbunt. Deinde si Capucini praeueniant, excludemur in termino, vt in Lintz et Cosfeldia, habebimusque continuos discursus illorum vicinissime in omnibus locis huius termini Brulensis cum aemulationibus multis et dispendio temporali. Tertio carebimus lucro animarum, et bonae indolis filii Arweilerenses in magna copia literis operam dantes non ad nostram, sed ad religionem Capucinorum confluent, sicut Marcoduri et alibi nati, vbi conuentus habemus ad nostros. Quarto dilatabitur hospitii commoditas versus Mosellam, Buricam, et Sircaeam, cum via peregrinationis Treuirensis non multum ab Arweiler distet. Denique ob situm amoenitatemque terrae et milliare,[1]) quod vocant aureum, plurimasque arces nobilium facilis ibi foret sustentatio, sanitas corporum exoptatissima, lignorum, vini optimi, carnium, siliginis et olerum abundantia pro paruo conuentu vel bona residentia, sicut iu reuerendissimo P. Gonzaga in plurimis prouinciis plurimas inuenimus residentias, quae hospitia vocantur.

Verum, quia frigida fuit prima resolutio supra allegata, et negotiorum Arwilerensium gestor dom. Nicolaus Stappelberg bis se absentauit, qui mea opinione, si voluisset, rem totam statim conficere potuisset, ipsemet quoque nihil nisi moras et remoras ponit (et forte illusionem nostram quaerit) in consilio, quod scripto P. Joanni Cupper ad pennam dictauit meo iudicio debili nimis, immo contra nos plane confusibili, proinde quid facto opus putetur, praelatis et patribus meis deliberandum resoluendumque relinquo.

Putatur autem prædictus Stappelberg velut ciuitatis vicedo-

1) Die goldene Meile, die fruchtbare Ebene zwischen Remagen und Sinzig.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

minus et omnium quasi nobilium schultetus aduocatusque suorum potens timere, ne accipiat inspectores et censores suorum operum maioris quam ipse auctoritatis. Deinde suspectus est, quod Patres societatis Monasterii Eiffliensis (qui insignia bona et vineas in Arweiler recenter emere tentarunt) singulari aliquo modo promouere cogitet, misso siquidem nuntio, eorum consiliis plane secretis et nemini consciis, ad aliquot dies nuper ipsos domi suae habuit, qui eius coniugem mulierem viraginem et oratricem potentissimam pro se habent, matrem cuiusdam religiosi de societate ipsorum, foret autem res Jesuitis commoda, iucunda, proficua (sic) et splendida valde semel in vere, quando peregrinationes in monte Caluariae florent et vineae aptandae sunt, alia vero vice in autumno, dum vinum colligitur ad domum in Arweiler praetextu praedicandi, catechisandi et confessiones audiendi excurrere, simulque prouentibus montis Caluariae et vicariae necdum collatae gaudere, celebrationes autem more suo in collegio facere.

Sacerdotum Brulensis conuentus allegata resolutio.

Cum constet diuersis patribus et fratribus huius conuentus Brulensis, quod patres Capucini inibi pro figenda residentia locum lustrarint et super insignioribus nobilium domibus Elsser vndt Metternicher hoff tractare coeperint, alia etiam via patribus societatis locus aliquoties oblatus fuerit, ne subito praeoccupati praeueniamur et tandem sicut in Lintz, Cosfeldia, Aschaffenburg, Cochem aliisque locis obtigit, serius sapere incipiamus etc., visum fuit nobis infrascriptis citius maturare negotium et impetrare senatus populique Arweilerensis consensum et declarationem in scriptis tali medio, quod fratres nostri occupent solitam mansionis residentiam in domo venerabilis quondam dom. Jacobi Rick iurium licentiati et vicarii cum emolumento bonae summae pecuniariae in fundationem vicariatus b. virginis Mariae necdum impensae praestando videlicet onera vnicae missae in sabbatho et concione in festiuitatibus b. virginis Mariae, quae onera forte aliquando succedente tempore fauore populi vel auctoritate archiepiscopi in loco fratrum abundantius praestari vel si importabilia viderentur quolibet tempore a capitulo prouinciali rescindi omniaque in integrum restitui possent, quod intuitu maioris mali nunquam futurum speramus. Quoad terminum Brulensem, vt magnates suggesserunt, favor vtique sic accrescet nostris, quod in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Arweiler residentibus per annum sufficeret saluo Brulensibus solito termino vel, vt nos putamus, minus malum foret, exemplo Limpurgensis conuentus vinum annue mendicandum ex aequo partiri, quam occasione aliorum religiosorum, vt in Lintz nostris Andernacensibus iam primo anno nimis cito obtigit, porsus excludi et ad omnia loca nobis vicina perpetuos talium concursus et praeuentiones sustinere.

Signatum Brulae die XVIII Januarii anno 1628. — Frater Jacobus Polius, commissarius Brulensis. F. Bonifacius Lemen, vicarius. F. Joannes Syluius sacerdos. F. Joannes Cüper sacerdos. F. Hieronymus Schenckart sacerdos. F. Paschalis Bartholomaei Instructor.

Petitio loci.

Amplissimi clarissimi prouidi ac circumspecti Domini Consules et Scabini.

Cum pro incremento cultus diuini maiori animarum lucro atque gratitudine terminorum ab immemorabili tempore seruatorum nostri aliquando desiderati et expetiti fuerint ad figendam in hac ciuitate residentiam, quod opus suum deus (in cuius manu sunt omnium corda regum) in haec tempora reseruasse videtur, tam nostri reuerendissimi Patris commissarii generalis huius nationis quam totius prouinciae nomine humillime supplico, quatenus dominationes vestrae ad effectum praedictum locum aliquem nostra industria, cura et labore aptandum seu exaedificandum amore dei nobis assignare dignentur, quod faciendo conciliabunt sibi dominationes vestrae copiosam altissimi benedictionem potentissimumque Seraphici Patris nostri sancti Francisci patrocinium et pro bono totius patriae agent gloriose.

Dominationum vestrarum humilis seruus: Frater Jacobus Polius ordinis s. Francisci de obseruantia, prouinciae coloniensis Definitor et guardianus Brulensis.

Recessus per senatum scripto extraditus et extractus prothocolli ad reuerendi domini Guardiani in Bruell eiusque reuerentiae reuerendi patris adiuncti exhibitam in scripto petitionem.

Burgen Meyster, Scheffen vndt Rath zu Arweyler thuen sich hefftig erfrewen, dass der Orden sancti Francisci Seraphici gegent diesse obgemelte Statt vndt Gemeindt sich alsso wohll affectio-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nirt erkleret vnd residentiam begehrn thuen, sagen ihnen desswegen danck mit erpietung vorfallender gelegenheitt alsolches vmb Ihro Ehrwürden undt deroselben Orden hintwiderumb aller Vermögenheitt nach zu erkennen; wahn aber nuhn dissmahll auff Ihro schrifftliches Vortragen mahn sich allerdings nicht finaliter erklern können, theils wegen etlicher scheffen vndt Raths Verwahnten abwessen, dan auch weilen diesse sach ahn die Eylffeen (?) [1]) vndt Gemeinde muesse noch weyters vorgebracht werden, alss erpieten sie sich hernacher nach mehrerem gemeinem reifflichem vorgangenem bedencken zu erklern. Datum 28. Jan. anno 1628.

Consilium domini Stapelbergs ad pennam dictatum.

Churf. Durchlaucht vnseren gnadigsten herren vnderthänigst zu erpitten, dass dieselbe ahn Burgen Meyster, Scheffen vndt Rath zu Arweyler folgendt ihnhals vngefehr schreiben vndt gnädigst befehlen wollen. Ihre Churf. Durchlauchtt haben sich vnderdienstlich referirendt berichten lassen, wie es ihn vndt vmb Arweyler mitt den geistlichen angelegenheit habe, (?) befinden dienlich, auch hochnöthig zu sein, dass ihn Arweyler aliqua residentia vnius aut alterius ordinis seye, derowegen dieselbe Burgen Meyster, scheffen vndt Rath gnädigst befehlen, die von dem Ehrw. herren P. Guardiano vndt Fratribus begehrte residentiam nigt zu behindern, sonderen viell mehr solches besten fleisses zu befurderen oder erhebliche vrsachen vorzuwenden, warumb solches nigt geschehen oder ihns werck gericht möght werden. Wahn nuhn alsolcher gnädigster befelch insinuirt, werden dieselbe, so diessem werck gewogen seint, mit mehrerer Auctoritet können diss werck fortsetzen. Ursache, warumb die begehrte Residents befürdern sollen, ist diesse, dass zwischent (sic) Andernach vndt Bonn keine Religiosi sich verhalten, bey welchen die pfarherren in casibus conscientiae auch selbsten zu beichten gelegenheitt haben. Arweyler ligt in medio zwischent beyden genandten Stätten, stossen daran die Ampter Vallender, Newenahr, Sintzig, ist auch Nurreberg [1]) nigt vngelegen, ligen

---

1) Das Wort ist undeutlich geschrieben; es scheint aber einen Gemeinde-Ausschuß aus 11 Bürgern bestehend zu bezeichnen.

1) Nürburg.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

umbher ein oder anderthalb meyll wegs sehr schöne adelige vnd herlige Häusser, können ihn disser Circumferents (ohne wass innerhalb Ahrweyler geschehen wurde) grossen nutzen mit predigen, Beichthören, kinderlehr schaffen, auch genugsahme mittell, sich zu vnderhalten ihn dissen orten finden.

Contra praefatum domini Stappelbergs consilium replicae et opiniones reu. P. Polii.

Etsi serenissimus non putetur daturus tale rescriptum, tamen posito, quod daretur cum clausula, vt praefertur, vel sine tali clausula, via nihilominus sterneretur refutanti allegata fundamenta, ad quod faciunt haec argumenta, quod in dies iam missam et saepius tria sacra in Arweiler habeant, qualem autem feria 6 in monte Caluariae vnum a sacerdotibus quatuor residentibus, qui viuunt ex fundationibus septem vicariatuum, de quibus dici posset, praestari posse, quod a religiosis exspectandum commendatur. Deinde in Lintz, quod duobus milliaribus abest, resident Capucini, Bonnae, Andernaci, Brulae et Monasterii Eiffliae alii mendicantes turmatim, vbi et ciues conqueruntur de tali onere, quod et in senatu contra nos propositum fuit nec rationabile dici posset, in omnibus oppidis fundare mendicos maxime in hac annona, etiam nunc eo tempore, quo de inuasione terminorum tam recens quaestio mota est. Possent similia vtique serenissimus suo motu aut consiliarii ponderare aut senatores obiicere et . . . . sane . . . . et hinc inde aulam patriamque chartis et rumoribus impleremus. Unde gloriosius putarem excutere pulverem de pedibus nostris, nisi deus immutaret cor domini Stappelberg, qui iuxta meam relationem supra positam statim totum conficere posset, si vere vellet, nec opus foret adminiculo precum principis, ut hic simplicibus fraterculis tam speciose imponit. Eo autem inuito nihil perficiemus. Haec eodem tempore exciderunt. Retulit postea F. Lutgerus, quod dominus Stappelbergh in Lintz Capucinos ad conuiuium inuitarit et iisdem suo consilio suaserit expedire, vt locum acceptarent.

Anno 1628 vigesima octaua Januarii sequentem supplicam porrexerunt Fratres Minoritae Conuentuales.

Ehrenuest vndt hochachtpare vorsichtipe wohllweysse vnsser ahndächtig gebett bevor, grossgunstige gepietende herren.

Demnach ein ort vndt platz alhie vor der Statt Arweyler

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vorhanden, der Berg Caluariae genandt, so mitt einer beruhmbter löblicher Capellen versehen, darin viell ahndacht vndt die memoria dess bitteren Leydens vndt Sterbens Jesu Christi vnssers Erlossers vndt Sehligmachers gehalten wirdt, welches wihr ihn betrachtung gezogen ihn Meinungh deuotionis et honoris, ergo solche platzen zu erweyteren vndt zu illustriren. Dieweill aber dasselb ohne Bewilligung eines Ehrbahren Raths zu Arweiler nigt füglich geschehen kahn, alss haben wihr Zeygeren diesses mitt genugsahmer vollmacht darhin abgefertigt, vmb derhalben zu sollicitiren vndt ahnzuhalten. So ist vmb gottes vndt der heyliger lieben Jungfrawen Mariae willen vnssere diemutigste Bitt, Ew. Ehrenvest vndt hochachtpar gerühen willen, vns ahngedeuten Berg Caluariae zur erbawung eines geringen Clöstergens zu behueff vndt ihn nahmen vnssers Ordens Fratrum Minoritarum s. Francisci grossgunstig zu vergunnen, mitt aber dem vorbehalt, dass wihr die Burgerschaft zu Arweyler vndt keinem Menschen ihm geringsten mitt vnsseren Ordens persohnen ihn keinem Theill beschwerlich sein wollen, sonderen viellmehr dardurch verehret vndt der gottes Dienst fortgepflantzt vndt vermehret werden solle, vndt obwohll solches ahn sich selbsten ein christlich gottsehliges werck ist, so sein wihr es doch mit vnserem täglichem gebett zu gott dem Allmächtigen vmb dieselben mitt freundtlicher ehren vndt dienstlicherem gefallen nach vnserem Vermögen iederzeit zu verdienen schuldig vndt willig, hierüber zuverlessige trostliche Erklerung erwartendt thun Ewere Ehrenvest. gottlicher protection trewlig befehlen. — Ewerer Ehrenvest vndt hochachtb. vnderthenigste diemutigste: Fr. Nicolaus Armiger Guardianus ordinis Minorum Conuentualium S. Francisci in conuentu coloniensi commissarius generalis.

Eodem anno 1628 et die 28 Januarii dominus Petrus Deuelich postmodum conuentus nostri syndicus ex amore, quo in nostros ferebatur, ius suum, quod ad vicariam b. Mariae virginis ratione suae vxoris ex linea Stappelbergica sibi competebat, sequenti modo resignauit: Ich endts benendter thuen kundt vndt bekennen hiermitt, dass ich auff das ius vndt recht, so ich wegen meiner lieben hauss frawen ihn die vicary Marianae virginis haben, verzegen vndt den herren Franciscanern zu Bruell vbertragen, solten aber selbige herren ihr Intent nigt erhalten vndt kein sessionem alhier zu Arweyler bekommen, soll selbige transpor-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tation auffgehaben sein vndt pleiben. Datum den 28 Januarii anno 1628. Petrus Develich manu propria.

Annus 1629.

Anno 1629 nono Octobris impetratus est consensus a consule et senatoribus Arweileranis construendi monasterium in ipsa ciuitate. Originales sunt in archiuo coloniensi. Copiam subiicio.

Wihr Burgen Meyster, Scheffen vndt Rath der Statt Arweiler Ihn Colnischem Ertzstifft bekennen vndt bezeugen hiermitt, nach dem die Ehrwürdige vndt ahndächtige herren Patres Minores ordinis sancti Francisci regularis obseruantiae vnss affectionaliter ahngelangt zue des allerhöchsten Ehren vndt Diensten, gemeinden heylsahmer wohlfahrt vndt gedeyen ihnen zu verwilligen ein ortt vndt platz citra vllum incommodum et grauamen communitatis et ciuium, wie dan von ihnen obgemelten herren patribus ahngeben vndt angeregt ist, pro residentia ahn sich zu werben. Undt die weill wihr zu dem Endt Ihren gottsehligen Eiffer vndt Intent vernohmmen, alss haben wihr mitt vorwissen vnsserer Burgerschafft darzu ihn Crafft diesses geeylett vndt verwilliget, dass gedachte herren Patres minores ordinis sancti Francisci, alsso ihnen gefällig, eyne platz vndt ort zue ihrer Residentz binnen diesser Statt Arweiler ahn sich zu werben zu ihrer bester gelegenheit vndt bequemster auss vndt ihrer Nothurfft nach zue frequentiren vndt zu gebrauchen, vmb die gottsehlige sachen vndt diensten helffen zue befurderen vndt zu verrichten. Zue vrkundt haben wihr diessen schein vnderschreiben vndt mitt vnserem gemeinen siegell vnden auff getruckt vndt bestettigett. Geben den sexzehenden Monats tag Octobris ihm iahr sexzehn hondert zwantzig vndt neun. — Joannes Schoneck m. p. Joannes Gymmenich. Georgen Rutgen. Petrus Deuelich. Anthon Alden. Henricus Marner.

Hanc meorum parochianorum gratiam et collationem citra laesionem iurisdictionis meae ratam ex animo habeo atque huius faelicem exitum exopto: Fr. Seruatius Otlerus, pastor Arweileranus m. pr.

Hanc senatus collationem approbat ac ut pro animarum salute faelicem et celerem sortium effectum habeat, ex animo poscit: Anno Weinreich, vicarius s. Sebastiani in Arweiler.

Anno 1629 decimo octauo Decembris serenissimus princeps

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

coloniensis concessit facultatem nostris fratribus aedificandi conuentum in hoc nostro monte Caluariae, patet plenius in copia subiecta:

Ferdinandus dei gratia electus et confirmatus archiepiscopus coloniensis sacri romani imperii per Italiam archicancellarius et princeps Elector, episc. Paderbornensis, Leodiensis et Monasteriensis, administrator Hildesheimensis et Berchtegadensis, princeps Stabulensis, Comes palatinus Rheni, vtriusque Bauariae, Westphaliae, Angariae et Bullionis dux, marchio Franchimontensis etc. venerabili deuoto nobis dilecto patri F. Theodoro Reinfeldt prouinciali ordinis B. Francisci de obseruantia ad partes Rheni gratiam nostram. Religiosorum ordinum dilatatio diuini cultus est promotio eaque tanto vtilior, quanto studiosius laboramus, vt illi, qui non solum Mariam contemplatiuae vitae dulcedine, sed etiam Martham actualis vitae labore imitantur, a nobis in dioecaesi nostra passim firmentur, quatenus pastores, quos in partem curae animarum vocauimus, demandatae sibi functioni eorum subsidiaria opera vigilantius intendere valeant, sane cum parochia nostri oppidi Arweilerensis aliaeque illi circumquaque vicinae amplissimae sint, vt in his religiosos approbati alicuius ordinis vel instituti patres ac fratres ad maiorem dei gloriam et multarum animarum salutem stabiliri pridem desiderauerimus atque pro tempore apud dictum oppidum in Caluariae loco Christi eleemosynis aedificata sit ecclesia, quae nostri est iuris et hactenus nulli concessa, hinc est, quod Patribus et Fratribus s. Francisci de obseruantia iam dictam ecclesiam attribuamus et clementissime largiamur facientes iisdem facultatem et residentiam ibidem capere, diuina exercere, conciones ad populum habere, ss. sacramenta administrare, eleemosynas petere et colligere, locum aedificando monasterio acquirere, monasterium aedificare, ibidemque commorari possint, porro terminum rogandarum eleemosynarum, qui hactenus fuit Patrum ac Fratrum s. Francisci de obseruantia Marcodurensium in eadem parochia Arwilerensi et viciniis nouellae huic in loco Caluariae plantationi assignamus Christique fideles in domino requirimus et serio hortamur, vt omnes et singuli pro modulis suis, studio, fauore, operis liberalitate et eelemosynis iisdem succurrant habituri pietatis suae retributionem diuinam maiestatem, quae et merces nostra magna nimis. In fidem praemissorum has literas manu nostra subscriptas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sigillo nostro communiri iussimus. Datum in ciuitate nostra Bonnensi 18 die mensis Decembris. Anno partae salutis 1629. — Ferdinandus. — Petrus Hulsman.

Accepta informatio de monte Caluariae post obtentam collationem serenissimi.

Cum serenissimus princeps Elector colon. almae nostrae prouinciae ecclesiam montis Caluariae prope Arweiler donarit, sequentem ocularem et auritam informationem accepimus F. Jacobus Polius et F. Joachimus Rintelen Definitores iuxta commissionem nobis impositam.

I. Mons iste Caluariae ab olim vocatus Cop est in circulo montium distans medio quadrante seu 600 passibus communibus a ciuitate. Collis in planitie habet quasi quinque iugera atque terram argillosam, quae partim a benefactoribus gratis offeruntur, partim 200 daleris (si non omnino gratis, quod speratur) haberi possunt.

II. Torrens rapidus in fluuium Aram templo vicinum se exonerans per montem Caluariae duci potest, vbi etiam fons viuus ex vicino monte Wurtzelberg dicto, nec non puteus in vno montis loco fodi suo tempore potest, prospectus montium fructiferorum amoenissimus vti etiam vinearum, ita vt tractus ille adiacens aureum milliare ob praeeminentiam omnis generis fertilitatis in optimis vinetis (vti et in ipso monte), agris fertilissimis, hortis, pratis, fontibus et fluuiis.

III. Ciuitas adiacens Arweiler vna ex quatuor capitalibus archidiocaesis superioribus ciuitatibus aedium cum tegulis speciosissima in prospectu trecentarum [1]) et ultra ciuium, in qua duodecim sessiones nobilium, homines tractabiles et Franciscano ordini addictos habet, vt et ipse pro tempore dominus pastor nomine F. Seruatius Otlerus, ordinis s. Benedicti in conuentu prumiensi professus cum primariis addictissimus, qui omnes promiserunt seruitia equorum et corporum pro exstructione conuentus etc.

IV. Locus hic habet sedecim vicinas arces nobilium distantes duabus ad summum horis, vti etiam non longe dissitos habet

1) Die Handschrift hat trecentorum. Die Zahl muß aber wohl auf aedium bezogen und ciuium mit aedium zusammen genommen werden: 300 Bürgerhäuser.

comites in Marcka, Blanckenheim et Newenahr, vicinum monasterium virginum ordinis regularium in Mariae valle. Multi pagi in vicinia et in prospectu nunquam terminari soliti, quorum tres subsunt ciuitati.

V. Fluuius Ara optimis piscibus abundat et libertas piscandi omnibus conceditur.

VI. Locus hic gaudet optimo et saluberrimo aëre, pro sustentatione fratrum formalis conuentus in pane, vino, carnibus, butyro et caseis, lana lignisque accommodatissimus, vt etiam pro futura fabrica conuentus ligna, lapides, arena in proximo et quasi ad manus est, ad calcem et tegulas comparandas multi promissiones fecerunt. Haec de temporali constitutione loci breuiter.

VII. De deuotionali loci constitutione vt scribamus, intelligimus, olim sacellum paruum in monte fuisse, quod multis gratiis et indulgentiis (provt sigillatae literae 14 cardinalium anno 1502 datae docent) tempore Alexandri VI papae ditatum est. Ante perpaucos vero annos labore et expensis cuiusdam laici deuotarii adhuc viuentis et saecularis sacerdotis in meliorem et ampliorem formam ecclesia surrexit, ita vt speciosissima templi facies cum passionis dominicae figuris appareat, quod templum in longitudine ad 57, in latitudine ad 25 pedes intrinsecus se extendit, in cuius templi erectione diuersa miracula visa et notata sunt praeter sublata pestifera contagia et alia particularia plurima.

VIII. Templum habet duas campanas, duo doxalia, sacristiam contiguam ad austrum et supra sacristiam paruulus chorus extat. Sepulchrum habet dominicum excisum in petra, ad quod duo gradus lati et lucidi descendunt.

IX. Septem excisae in lapide stationes amarissimae passionis dominicae [1]) in porta ciuitatis inchoantur et in monte terminantur.

X. Hic locus modo vt et sanctitate famosus, sic etiam a fidelibus vndequaque frequentatur per totius anni circulum maxime feriis sextis, quando hebdomadarium sacrum ordinarie habetur. A quadragesima vsque ad finem aestatis peregrinationes et processiones ad montem magis crebrae, quae etiam subinde fiunt cum nouem et decem crucibus.

---

1 Handschrift: dominae.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

XI. Missae votiuae quasi quotidianae, vnde fit, vt cera pro sacrificio per annum sufficiens et abundans offeratur.

XII. Hic mons crescit pietate et frequentatione in dies et vtinam in saecula magis illustretur, quod faxit deus optimus maximus. Amen.

Annus 1630.

Post obtentam a serenissimo principe collationem residentiae in hoc nostro monte Caluariae interuenerunt duo circiter menses, quando accepta commissione venerandus p. F. Felix Loch veniens accepit possessionem sub forma et modo, vt sequens docet instrumentum.

In nomine domini amen. Notum sit vniuersis et singulis praesens documentum inspecturis, lecturis ac legi audituris, quod anno incarnationis dominicae millesimo sexcentesimo trigesimo die Mercurii vigesima septima mensis Martii ante meridiem etc. coram honorabili ac erudito domino Seruatio Otlero pastore pro tempore parochialis ecclesiae Arweilerensis nec non me notario publico testibusque infrascriptis fide dignis iu loco montis Caluariae apud oppidum Arweiler situati personaliter constitutus fuit venerabilis ac deuotus Frater Pater Foelix Loch ordinis s. Francisci de obseruantia habens ac manibus suis tenens quasdam literas per reuerendissimum ac serenissimum Principem dominum Ferdinandum dei gratia Electum et confirmatum archiepiscopum colon. etc. subscriptas eiusdemque serenissimae celsitudinis sigillo subimpresso munitas, quibus literis reu. ac venerabilibus patribus ac fratribus s. Francisci de obseruantia ecclesia nouiter aedificata in dicto Caluariae loco Christi fidelium eleemosynis clementissime attributa ac collata fuit, insuper legitime requirens supra dictum dominum pastorem et me notarium infrascriptum, quatenus ipsi seu potius dictis patribus ac fratribus de obseruantia realem et actualem antedictae ecclesiae possessionem per eum vel eos debita cum reuerentia acceptatae traderemus ac assignaremus realiter cum effectu. Ad quam requisitionem praedictus dominus pastor claues ad antedictam ecclesiam spectantes praefato P. Foelici tradidit cum hac adiuncta expressa declaratione, quod per hoc simul omnium locorum agrorum, vinearum in ipso monte Caluariae et alibi iacentium reliquarumque obuentionum, iurium et appertinentiarum ad saepe dictam ecclesiam quomodolibet spe-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ctantium realem possessionem vel quasi assignatam velit. Quam declarationem et possessionem saepefatus F. Foelix pro sese et reliquis Patribus et Fratribus de obseruantia vna cum clauibus acceptauit. Cumque iisdem operimentum vel portam ecclesiae aperuit et introiuit ac deinde eundem praedictus dom. pastor et ego notarius ad cornu altaris duximus, quod tetigit et ibidem librum missalem, calicem et alia ornamenta ecclesiastica ad manus suas accepit campanasque conuocando populum ad diuina au diendum pulsari fecit et consequenter missam vel diuina celebrauit, omnia in signum realis et actualis possessionis sibi, vti praemittitur, traditae atque apprehensae. Super quibus omnibus et singulis vnum vel plura instrumenta a me notario infrascripto fieri atque sibi tradi petiit.

Acta sunt et fuerunt haec anno incarn. dominicae, mense, die et loco, quibus supra, praesentibus prouido ac circumspecto viro dom. Henrico de Rödingen comitatus nouae aquilae [1]) redituario ac iudice in Wadenheim nec non honesto ac discreto Joanne Gohr ciue Arweilerensi, testibus fide dignis ad praemissa specialiter vocatis atque rogatis. Qui quidem Joannes Gohr vti inspector, promotor, continuus laborator, eleemosynarum collectator ac aedituarius saepedictae nouiter ecclesiae aedificatae in monte Caluariae omnem suum laborem ac nauatam operam nec non impensas factas praedictis dominis Patribus ac Fratribus s. Francisci de obseruantia deuotionis ac pietatis zelo largiter donauit precibusque eorundem sese commendauit, quam donationem saepe dictus P. Foelix grato animo acceptauit in praesentia omnium supra nominatorum.

In quorum omnium fidem ego Otto Gielyes notarius etc. [2])

Paulo post hunc praemissum actum acceptationis loci ven. adm. P. Foelix Loch denominatus praeses mittitur cum aliquot Fratribus et domum adm. reu. dom. Jacobi Rick pro residentia primum inhabitant in ciuitate ibidemque paulatim dispositionem industrie pro necessariis ad initium structurae supra montem procurant.

Tempore interlabente ante aedificium v. adm. P. Pacificus Hens (?) secundus praeses succedit. Tertius praeses accessit v. adm. P. F. Joachimus Rentelin.

1) Neuenahr.
2) Folgt die gewöhnliche notarielle Formel.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fratres nostri conuentus hoc anno 28 Februarii susceperunt primitus directionem confraternitatis b. Mariae virginis et catechisticam lectionem in Arweyler, sicut subiectum probat rescriptum.

Tenore praesentium v. adm. Patri Foelici Loch praesidi Arwilerensi concedo, quod ex gratioso consensu r. A. domini parochi Arwilerensis aliorumque, quorum interesse putauerit, directionem confraternitatis b. Mariae virginis atque catechisticam lectionem seruandam pro mutuo subsidio et animarum lucro acceptare valeat. Signatum Brulae 28 Februarii 1630. Fr. Theodorus Reinfeldt, prouinciae vicarius subscripsit.

Quod A. R. D. Seruatius Ottlerus pro suo piissimo zaelo in bonum ac salutare illud opus plurimum fuerit inclinatus remque efficaciter promouerit, ex eiusdem hic subiectis manu propriis (sic) comprobatur.

Ego F. Seruatius Ottlerus professus Prumiensis pro tempore pastor et rector sacrae aedis parochialis Arweilerensis col. dioeceseos hisce protestor, quod, cum ex speciali et pietate et clementia sereniss. Principis reu. scilicet archiepiscopi col. tanquam ordinarii huius loci reu. Patres s. Francisci ordinis de obseruantia tum pro diuini honoris promotione tum parochianorum meorum spirituali aedificatione aliquam residentiam seu conuentum hic erigere meditentur atque (sicut solet) omne initium cuiuscunque rei nonnullam difficultatem patiatur ideoque omni fauore tam in divinis exercitiis quam necessariorum subuentione in hoc pio opere eos animare et adiuuare dignum et iustum sit, eapropter pro meo pastorali auctoritate requisitus altare aliquod in honore sacratissimae virg. matris domini separatim in dicta ecclesia aedificatum, cum adhuc legitima neque collatione neque investitura vicarium stabilitum habeat, eis ad tempus voluerim attribuere, quatenus ibidem secundum piam fundatorum intentionem diuinum officium statutis diebus peragant et exercitia consueta inter sodales sub titulo seu nomine Fraternitatis eiusdem almae matris dei certis temporibus conuenientes (sine tamen turbatione officiorum et exercitiorum mihi et vicariis meis incumbentium) continuare possint, vsquedum intentione sua, dei et deuotorum Christi fidelium ope ad perfectum deducta tandem proprius eidem altari et Fraternitati minister legitime attribuatur. Datum Arweyler a. 1630 22 Maii. — Fr. Seruatius Otlerus, pastor.

Pro approbatione praemissorum subsequentes scabini in Ar-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

weyler subscripserunt: Joannes Schöneck. Joannes Gumich. Georgius Rutger. Petrus Deuelich. Anthon Alden. Casparus Putzfeldt.

Approbatio ordinarii sequitur huiusmodi tenoris: Vice et auctoritate ser. et reu. dom. Ferdinandi archiepiscopi et principis Electoris colon. dom. nostri clementissimi approbamus et ratam habemus concessionem patrum s. Francisci de obseruantia in antecedente pagina factam. In eius signum hoc manu nostra scripsimus et subscripsimus et sigillo subimpresso muniuimus. Signatum Coloniae 1630 3 Juni. — Joannes Gelenius, vic. generalis.

Anno 1630 8 Aprilis praenobilis ac strenuus dominus Joannes Bertramus a Gertzen[1]) condictus Sintzig, dominus in Sommersberg et Vettelhoffen, illustrissimi principis Neoburgici consiliarius intimus camerarius, satrapa Monasterii Eifliae, Eisskirchen et Thomberg institutus est syndicus apostolicus et pater spiritualis primus nostrorum fratrum.

Annus 1635.

In capitulo intermedio Coloniensi v. P. F. Franciscus Jodoci institutus est Guardianus huius conuentus.

Annus 1636.

Anno 1636 4 Octobris foelix faustumque initium sumpsit archiconfraternitas chordae s. P. nostri Francisci, quae qualibet dominica prima cuiuslibet mensis seruatur.

Annus 1637.

Feria 5 infra hebdomadam 2 post pascha celebrato capitulo P. F. Wernerus Beurich institutus Guardianus, eodem tempore maius sigillum nostro conuentui est assignatum.

Annus 1639.

Anno 1639 den 17 Martii ist ihn gott sehlig entschlaffen der wohledellgeborner vndt gestrenger herr Damian von der Leyen zue Adendorf, Herr zu Artzdorff, Creutzberg, Rheinheim vndt Munchweylerthals ahm glan, Erbvogt zu Kesseling, Römischer keyserlicher Mayestatt, auch churf. Trierscher Rhatt vndt

1) Fahne, Geschlechter p. 109.

Landthoffmeyster vndt Mahnrichter zu Prum, zu dessen Leichnahms wie weniger nigt seiner in linea descendenti Nachfolger von dem hauss Adendorff gewisser Ruhestatt das monumentum ihn der Kirchen verordenet ist. Gott gnade deren vndt aller christglaubigen sehlen.

Anno 1639 den 18 sept. obiit praenobilis virgo Anthonetta von der Leyen in Adendorf, quae viuens dedit argenteam lampadem, sepulta requiescit in eodem monumento apud dominum patrem suum. Deus vtrique det gloriosam olim resurrectionem.

Generosa domina mater perpetuam eleemosynam necessarii olei pro lampade fundauit, cuius documentum habetur in archiuo.

Annus 1640 et 1643.

Vigesimo Maii P. F. Philippus Thieck successit guardianus h. conv.

Vigesimo quarto Maii 1643 in capitulo Aquisgranensi P. F. Christophorus Schauff successit.

In Decembri P. Augustinus Brewer institutus est commissarius.

Annus 1646.

Nonis Julii cum fama aduolaret, exercitum Gallo-Wimariensem sub generali comite de Turaine acatholico aciem direxisse versus ciuitatem Arwilerensem expilato (sic) iam oppido Königsfeldt, ecclesiae nostrae ornamenta et alia quaedam suppellectilia abscondita sunt in absconsoriis, vno scilicet prope ostium refectorii, altero in culina iuxta ostium a parte sinistra, qua intratur.

Octauo Idus Julii vnum regimen Wimariensium sub colonello Roswurm irrupit in comitatum Newenahr et ex oppidulis Eckendorff, Geltzdorff, Carweyler abegit pecora, in regressu vero nouem ex praedonibus ab equitatu praesidiario Arwilerensi intercepti in ciuitatem adducti et ex parte pecora liberata sunt, nocte subsequenti tam equites quam pedites praesidiarii ciuitatis Arwileranae metu hostis aduentantis Bonnam versus euaserunt propter hoc incolas in maiore consternatione deserentes.

Septimo Idus Julii plures ciues ex ciuitate clanculum sese subduxerunt et hoc eodem die P. Dominicus Ratzius causa impetrandae saluae Guardiae ad Generalem ex conuentu est emissus.

Sexto Idus Julii in aurora milites Wimarienses oppidum Heimersheim inferius ad Aram irrumpentes incenderunt, mox

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

civitati Arwileranae appropinquantes eandem quasi a longo (sic) circumdederunt. Reuersusque est praefatus Pater cum equite in saluum conductum conuentus a generali assignato. Hora circiter nona Turaine per legatum tibicinem ciuitatis deditionem postulauit. Relato[1]) autem responso, incolas ad defensionem esse resolutos, mandauit generalis ipse formari castra et tormenta bellica (quorum habebant XIV) contra ciuitatem collocari.

Interim pusillanimiores meditantes fugam, cordatiores arma sumentes bombardas et paucula sua tormenta animose contra hostem laxabant. Fugientium aliqui ab hoste intercepti, inter quos adm. reu. dom. pastor Seruatius Ottlerus, dom. Mathias Bogen, magister equitum dictus Wolff in castra hostilia sunt abducti.

Sub vesperum huius decimae diei Julii incolae obsessi considerantes infirmitatem loci pugnantiumque paucitatem contra tantam hostis fortitudinem et multitudinem extenso in turri albo vexillo indicarunt pacis et gratiae sese conditiones ab hoste acceptare paratos. Hoc cognito generalis ad portas ciuitatis accedens ab consule claues recepit et gratiam flexis ab eodem genibus petitam promisit ciuibus adiiciens quidem rigidam interminationem, si diutius restitissent, ferro et igne omnia vastanda fuisse. Interim subito 50 de suis peditibus immisit, qui quartiria pro aliquot cohortibus a ciuibus signari petierunt et bona omnia atque aedes perlustrarunt. Mox aduenerunt aliquot cohortes cum vacuis curribus officialium militiae, eos quam primum optimis ciuium bonis onustos eduxerunt in castra.

Quinto Idus Julii alternatim noua et noua regimina ac cohortes militum in ciuitatem irruperunt, qua data via singuli pro spoliis auidissimi maxima cum furia circumcursitantes effringendo portas ostiaque domestica aedes omnes templumque ipsum sacra et profana suppellectili exspoliarunt vrgentes sese inuicem cum tam furiosis desideriis, vt in ipso templo quinque praedones a consociis praedonibus occisi inter praedandum occubuerint et plurimi vulnerati sint. Quis caecum furorem enumeret? Consecrato in loco virgines atque uxores violabantur, viri ac mulieres denudabantur, multi atrociter percussi torquebantur, septem eorum miserrime pluribus vulneribus afflicti crudelissime internecabantur. Inter hos fuit magni zaeli et commendabilis pieta-

1) In der Handschrift: rellato.

tis vir quidam ecclesiasticus nomine Christianus Deuelich paroecus oppidi Heimersheim, qui spiritu christiano nomini suo competente afflatus veluti vnus phinees[1]) sacrilegam impietatem eorum corripiens (sic) ex laethalibus vulneribus crudeliter percussus manibus ac pedibus quasi mutilatus tanquam Christi martyr chrystiane occubuit, necdum quiescebat barbara tyrannis, sacrae reliquiae profanatae, calices, ciboria, ecclesiastica ornamenta abripiebantur, summi altaris sepulchrum effringebatur, baptisterium humanis sordibus (proch scelus inauditum) replebatur, mortuorum tumuli effodiebantur, organum non aliud quam fracturas resonabat. Imagines crucifixi sanctorumque statuae odio haeretico ab iconoclastis confringebantur, susque deque templum plumis (?) respersum uertebant et minutissima quaeque cum pretiosioribus auferebant.

Interim alii in ciuitate cum resonante clamore alto in aëre debachabantur depraedando et ciues incolasque percutiendo plurimos viros vulnerando et mulieres turpissime violando, omnibus tandem ablatis, quoscunque ciues ad certam pecuniae summam taxabant aut, nisi darent, iugulationem intentabant, non paucos captiuos detinebant, qui omni modo vitam redimere cogebantur.

Accidit interea, quod 300 circiter personae contutatae a quadam salua Guardia ad tempus in domum tunc aedilis vocati Joannis Gohr veluti ad asylum confugerint, postquam iam bonis omnibus spoliatae, vestibus nudatae partimque grauius in corpore vulneratae essent. Ruminantes inter se inuicem tantam suam afflictionem inito salutari consilio, posteaquam paulisper hostilis iste furor cessaret, concluserunt ad dei adiutorium et gratiarum actionem pro vitae solius conseruatione recurrere. Itaque praeeunte admodum reu. dom. Stephano Schlick grauiter etiam in capite vulnerato et adhuc sanguine ex sacro vertice madente ex parte tam vestibus quam calceis exuto processionem satis lugubrem cum venerabili sacramento instituerunt versus hunc nostrum montem Caluariae quarto Idus Julii matutino tempore.

Miles hostilis omnem annonam ex ciuitate in castra euexit et euacuatam[2]) taliter vastatamque vrbem dereliquit. Nota gratiam fallaciter a Generali promissam ante portas ciuitatis.

---

1) Wie ein zweiter Phinees (alt. Test.).
2) Handschrift: euaeritam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quo populus tam extreme afflictus iuisset? tanta in cruce ad crucifixum saluatorem montis Caluariae nudi ad nudum omnes et singuli refugiebant: mons noster illis tanquam vnicus solatii asylus erat duobus diebus et noctibus partim in templo partim circum circa conuentum squalore et inedia fatiscentibus sub dioque iacentibus tam vinum quam cereuisia atque esculenta pro refocillatione iuxta paupertatis nostrae possibilitatem subministrabantur.

Intra conuentum diuersis locis ad 10 vulnerati decumbebant. Unus ex iisdem praemunitus sacris sacramentis obiit in et extra prope ad muros conuentus etiam quaedam faemina defuncta est.

Paucis:[1]) erat facies ciuitatis et incolarum miseranda: insuper grauissimus foetor ac prope intolerabilis, causatus ex cadaueribus animalium magno numero sine necessitate ex mera nequitia occisorum in puteos atque caueas aliaque loca disiectorum, sed et sine dubio noster etiam conuentus extra periculum non mansisset expoliationis, nisi vrbem ita praepropere inuasissent annonamque reperissent.

Serenissimus Princeps colon. Ferdinandus etc. postquam informatus intellexisset tam inauditam barbariem praesertim in ecclesiae sacris locis exercitam cum tam sacrilega profanatione superius commemorata, commisit reuer. suo in spiritualibus vicario dom. Paulo Strauio suffraganeo colon., vt per se vel subdelegatum ecclesiae Arwilerensis reconciliationem quantocyus maturaret, id quod solemniter factum est quinto calendas Augusti per admodum reu. dom. Christianum Vetter pastorem in Sintzig et ruralem decanum assistentibus ipsi pro diuinis reu. dominis Huberto sacellano tunc captiui pastoris, dom. Stephano Schlick et domino Annone Weinreich ecclesiae vicariis.

Extra ciuitatem tam in campis quam pagis vicinis non minor fuit crudelitas, incolae abducti in captiuitatem, vulnerati omnibusque bonis spoliati, in agris fruges depopulatae, domus vastatae, exustae, propinquum monasterium nobilium virginum Mariae vallis cum toto pago igne funditus absumptum.

Quarto calendas Augusti, qui fuit dies dominicus, parochiani Arwilerenses praecedentibus reu. dominis dom. Huberto sacellano et dom. Annone praefato venerunt mane solenni cum processione

1) Kurz.

huc ad montem audito sacro et concione, sacram monstrantiam venerabilis sacramenti (quae per reu. dom. Stephanum Schlick mirabiliter in domo Joannis Gohr conseruata fuit) cum spirituali quodam gaudio et iubilo veluti olim populus Israel arcam domini ex domo Obededom ad parochialem ecclesiam suam, postquam in nostra ecclesia a quarto Idus Julii cum lugubri ista processione allata substitisset, reportarunt. Anno eodem in festis Portiunculae et Francisci fuit numerosus populus in nostro monte, ita vt singulis vicibus vltra 200 poenitentes et communicantes habuerimus.

Eodem anno in festis natalitiis v. P. F. Godefridus Kramer tum vicarius conuentus instruxit et ad fidem orthodoxam conuertit senem quendam septuagenarium in domo Adendorff, qui facta tunc prima confessione sacram etiam sumpsit synaxin.

Anno 1646 vigesimo Octobri in capitulo intermedio Augustinus Brewer Guardianus institutus est. Eodem anno 3 Junii in capitulo Colon. idem continuatus.

Annus 1648.

Deuotio indulgentiarum Portiunculae notabiliter accreuit supra praecedentes annos, ita vt volentibus confiteri diuersorum parochorum prope et procul cum suis parochianis huc confluentium auxilio adiuti vix satisfacere potuerimus, licet ab hora sexta matutina vsque ad medium 12 confessiones tam in quam extra ecclesiam exceptae et sacrosanctae communionis continua in populum dispensatio perdurauerit.

Annus 1649.

Decimo octauo Martii persoluit quaedam mulier ex Beyrs pago termini Adonawensis hinc inter et Adenaw situato prope Aram fluuium votum suum miraculoso crucifixo in nostra ecclesia factum: mulier praefata retulit V. A. Patri Augustino Brewers tunc loci Guardiano, sese fuisse tam caecutientem, vt vix quicquid praeter parumper luminis a sole emicantis visu potuerit cognoscere, hac calamitate sese afflictam votum fecisse peregrinationis ad montem Caluariae cum legendo sacro et offerendo cereo: hoc edito voto se statim visum integrum recepisse, vti possent testari omnes incolae istius loci.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dominica pentecostes,[1]) quae fuit 23 Maii, praeside reu. Patre F. Petro Marschant commissario nationali generali et assistente r. A. P. Anthonio Stadeler prouinciae Argentinae Patre et custode commissario visitatore seruatum est capitulum prouinciale Coloniae et tunc huius conuentus institutus est Guardianus F. Mathias Sarburg, vicarius P. F. Georgius Laurentii.

Quarto Julii pro arcendis mulierculis pro suo libitu in nostro horto deambulantibus tollendisque variis aliis inconuenientiis apposuimus manus et hortum tanto quanto muro circumcingentes finaliter conclusimus. Eodem tempore duas fenestras a tergo in refectorio obstruximus. 24 sept. in festo exaltationis ex antiqua sua consuetudine aduenerunt oppidani processionaliter et cantarunt parochiales choristae hic sacrum. 19 Sept. praeparata est noua sacristia et calefactorium, cum esset angustius, paulo magis est extensum.

In festo omnium sanctorum circiter 80 poenitentes et communicantes. Inter eos fuit vnus lanae negotiator Aquisgranensis nomine Jacobus Poswick, vir honestus, qui obtulit vnum cereum 3 ponde (sic). Interrogatus, quanam ex deuotione, respondit, sese Aquisgrani subito quodam morbo fuisse correptum, in quo, postquam amisisset loquelam fuissetque omnibus viribus destitutus, medici aliud non iudicabant quam desperatum. Hoc audito ex intenso vtique amore suum sponsum conseruandi tunc sponsa sua filia viduae Arwileranae Aemiliae Gilges spe fixa ad dei adiutorium votum fecit ad crucifixum montis nostri Caluariae cum sacro legendo et tali cereo offerendo. Post votum illud factum aiebat praefatus Jacobus, sese statim sensisse dei auxilium, respirasse, loquelam recepisse, sua et aliorum spe citius pristinae sanitati restitutum fuisse. Promisit de hoc authenticum testimonium Aquisgrano mittendum.

Annus iubilaeus 1650.

Primo Martii, posteaquam huevsque cum magno incommodo et molestia ex defectu braxatorii in oppido braxassemus, disposuimus aliqualem commoditatem braxandi in nostra cauea et 21 Martii prima vice in monte braxauimus.

26 Augusti ex instantia generosae dominae Annae Cathe

1) Die Handschrift: pentechostes.

rinae Waltpottin dom. viduae von der Leyen matris nostrae spiritualis adductus est magister Gerardus pictor Aquisgranensis, qui tabernaculum summi altaris illuminauit et a praefata domina pro salario accepit 44 imperiales.

Annus 1651.

Vigesima sexta Februarii praesentatae sunt patentes syndicatus spiritualis generoso dom. Hugoni Ernesto von der Leyen domino in Adendorff etc. et generosae dominae Annae Catharinae Waltpottin von Bassenheim dominae in Adendorff etc. Intuitu multorum conuentui continuo praestitorum beneficiorum praefatus dominus et domina dignissimi iudicati sunt meritis et suffragiis nostris spiritualibus tituloque spiritualis syndicatus, quem benevolentissime, gratanter humiliterque tanquam optimus noster spiritualis pater atque ipsa domina sicut piissima munificentissimaque mater insimul susceperunt.

Octauo Aprilis illustrissimus dom. Princeps coadiutor Treuirensis Carolus Casparus ex Adendorff cum magno comitatu equestri huc ad montem causa deuotionis accessit cum singulari praesentis populi exemplo praemissa apud nos sacramentali confessione pientissime flectens (genua) supra tumulum amantissimi praenobilis sui domini in deo de functi patris communicauit. Absoluta deuotione (quam continuauit in tota cerei paschalis benedictione et missae sacrificio) ex ea consideratione, quod praefatus praenobilis dom. eiusdem illustrissimi Principis defunctus pater in hac nostra ecclesia primo et vnico caenotaphio inhumatus ius acquisierit pro tota perillustri sua in linea descendente familia perpetuae sepulturae, quam generosa illustrissimi domina naturalis, nostra vero amantissima mater spiritualis etiam elegit saepius commemorans ex piissimo maritali affectu, quem in vita vnice dilexi, ab eodem in morte nolo separari. Hac itaque aliisque de causis habita consideratione eidem illustrissimo domino Principi oblatus est titulus fundatoris, quem non est dedignatus, vt ex humili eiusdem desuper gratiarum actione innotescebat, quemadmodum etiam ex praecedenti sua promissione patebat dicendo nimirum in diuersis colloquiis: mahn muss noch ein wenig gedulden, wahn es etwas besser wirdt, wollen wir die Kirch grosser machen etc.

Hoc anno (tandem aliquando) per gratiam dei perfecimus aedificium nostri conuentus, ita vt in Augusto exaedificata substiterit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quarta pars ambitus iuxta ecclesiam sub tecto et quia in concursu populi nostra ecclesia est angustior, determinatum est ab admodum reu. Patre Bernardino Vetwies ministro prouinciali et generali definitore, vt istis diebus seruiat pro parte ecclesiae cum domo locutoria tali tamen conditione, vt exceptis istis casibus semper alias ibidem seruetur canonica clausura. Cuius causa posita sunt vtrobique lignea portalia ad commodius excludendum saeculares ob multas rationes.

23 Sept. processio Andernacensium, qui obtulerunt cereum 6 librarum. 4 Oct. vna tantum processio ex Kempenich. Ceteroqui erant 12 exclesiastici externi, penit. et com. circiter 400; concionem habuit adm. reu. dom. Seruatius Ottlerus, pastor ciuitatis, qui circa hoc tempus ethologiam suam 24 concionum de s. Francisco in nostro monte habitarum typo euulgauit. Post prandium iuuentus Arwilerana sub directione Fratris Caroli Clerick catechistae pulcherrime exornata processionaliter ascendit et in theatro iuxta summum altare spiritualia elogia de s. Francisco deuotissime in magno numero populi recitauit cum oblatione vnius magni et plurium paruorum cereorum.

Dominica post 8 Octobris idem praefatus F. Carolus retro nostram ecclesiam exstructo theatro exhibuit spiritualem actionem de historia irati saluatoris ob peccata mundi et volentis cum tribus sagittis disperdere, ad deprecationem autem D. virginis matris intuitu S. Francisci iterum reconciliati; adfuit ad spectandum maxima multitudo populi.

31 Octobris in vigilia omnium sanctorum valde insperate Lotharingi irruerunt iu vallem Kesselingen et eodem die latuit vna turma equitum hic prope ciuitatem, postquam acceperunt vaccas ad conspectum, erumpentes easdem subito abigunt. Fit tumultus in oppido et ciues sine ordine euolant, persequuntur praedones per syluam, ciues autem ab iisdem circumducti vsque ad campum planum tentarunt aliquem conflictum, qui ciuibus fuit infortunatus, ideo quia et vaccas perdiderunt et diuersos suo in numero grauiter vulneratos aspexerunt. Et nisi colonellus quidam bonus intervenisset, plurium aut omnium ciuium occisorum sanguine campus iste maduisset. Ven. P. F. Petrus Ritz vicarius sub vesperum ex zaelo pio, breuiter fere cum periculo vitae propriae festinauit in Ramersbach ad excipiendam confessionem alicuius laethaliter vulnerati ciuis, qui quidem adhuc bene confessus obiit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eadem nocte mane in festo in comitatu vnius tibicinis ad nostrum conuentum asportatus.

Annus 1652.

Die 6 Maii mane hora 5 in hoc conuentu cum extremis ecclesiae sacramentis rite praemunitus a diuturna phtysi totaliter exhaustus cum communitatis deuotissimo exemplo vsque ad finem vitae plenam habens rationem placidissime in Christo obiit dilectissimus noster confrater Fr. Carolus Clericks Coloniensis, sacerdos praedicator et confessor, zelosus catechista apud Arwileranam iuuentutem apudque eandem singulari cum desiderio habitus aetatis suae anno vigesimo septimo, professionis nono, sacerdotii tertio, septima Maii in ambitu iuxta altare sancti Francisci sepultus cum magno accursu populi ex ciuitate contestantis pium suum affectum erga defunctum in largiter effusis lacrymis.

Dominica infra octauam corporis Christi, quae fuit 2 Junii in capitulo prouinciali Coloniae celebrato praeside reu. P. F. Jacobo de Riddere commissario gener. nationali in hoc conuentu institutus est Guardianus F. Gisbertus Altwies, Fr. Bertholdus Swack vicarius.

Feria 6, quae fuit 28 Junii ad instantiam patris Guardiani clariss. dom. Apollinaris Poensgen syndicus apostolicus huius conuentus perorauit coram senatu petens aliquam particulam s. crucis ecclesiae nostrae assignari ab eodem senatu vtpote prouisore parochialis ecclesiae, in qua diuersae particulae asseruabantur, decens id esse persuadens, ut tales reliquiae in monte Caluariae habeantur, qui repraesentaret montem Caluariae, in quo Christus pro nobis passus per lignum s. crucis, fore in magna, imo maiore ibidem veneratione indeque non mediocre posse oppido accidere lucrum. Inclinato senatu aduocati (sunt) P. Guardianus et reu. dom. Seruatius Otlerus pastor ac vtrimque conclusum, vt imminente dominica processionaliter ad montem deferatur. Re patefacta quidam tam ecclesiastici quam saeculares minus addicti nescio quo ducti spiritu murmurabant, reliquias tot annis asseruatas hoc[1]) modo abalienari. Nihilominus senatu urgente assistentibus cum P. Guardiano quibusdam ad id deputatis senatoribus reu. dom. pastor ex quadam argentea cruce vnam albi coloris dedit parti-

1) hoc fehlt in der Handschrift.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

culam, aliam sed minorem ex quadam argentea cruce in processione ad montem deportatam addidit, paucis post elapsis diebus tertiam inter reliquias repertam paulo longiorem vltro obtulit. Eodem die, postquam innotuisset, processio ex Fritzdorff accessit. 27 Oct. de licentia reu. adm. P. Ministri P. Bonauenturae inuestiui habitu 3 regulae Margaretam bilthewers[1]) et Gertrudem Gohr, filias Arweilerenses.

Per quadragesimam adfuerunt processiones diuersae ex Fritzdorf, Holtzweyler, Sintzig, Hilberath, Ersdorf.

In festis paschalibus fuerunt poenitentes et communicantes circiter 209 et feria tertia maxima multitudo populi, concio facta[2]) ab extra ad audientes in monte vt oues palantes.

In festo inuentionis confluxit vndique maximus populus, habita est concio ab extra, fuerunt processiones cum suis pastoribus ex Fritzdorff, Kirchdaun, Carweyler, Ringen, Meischoss, Blassweyler, Heimertzheim, Limmersdorf; sine pastoribus aduenerunt ex Dernaw, Kesseling, Geltzdorff etc.

6 Maii aduenerunt duae processiones, vna ex Kesseling, altera ex Holtzweyler.

17 Mai aduenerunt duae processiones, vna ex Blassweyler, altera ex Heckenbach.

In festis pentechostes fuerunt poenitentes et communicantes circiter 300.

Feria 2 adfuerunt tres processiones, vna ex Geldtsdorf, altera ex Lundorf, tertia ex Flertzheim.

Feria 3 adfuit processio ex Fritzdorf et sub summo sacro reuersi sunt peregrini Treuirenses.

Feria 4 adfuerunt processionaliter ex Beull et Carweyler.

Feria 6, quae fuit 21 Junii, adfuit processio ex Philip, fuerunt communicantes 90 circiter.

Instabat dominica confraternitatis s. Patris nostri iam pene collapsae. P. Guardianus per oppidum incedens singulos seorsim uisitans inuitabat et ad deferendum coram v. sacramento lumen

1) Der Name bilthewers ist von einer späteren Hand auf einem freigelassenen Raume zugeschrieben worden. Eine dritte Hand fügt unten hinzu: Margareta bilthewers anno 1668 in aestate cum aliquo milite reformato capitaneo abiens defecit in suo ordine, a quo tamen post octo circiter eius decessus dies est derelicta.

2) In der Handschrift: pro concione facta.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hortabatur, qua die dominica, quae fuit 7 Julii, assumpsit ad confraternitatem 10.

In festo s. Jacobi adfuit processio ex Limmersdorf.

Instante festo Portiunculae scedulae ad plerasque nostri termini parochias destinatae, quibus prouocatus innumerus accessit populus, qualis a 20 annis hoc loco non fuit uisus, ita ut deficeret panis in oppido et cum adessent 6 sacerdotes, plures quoque ecclesiastici confessionibus excipiendis diligentissime intenderent a mane vsque ad meridiem, attamen non sufficerent; processiones adfuerunt 10, videlicet ex Reimbach, quam conduxit F. Petrus, ex Meckenheim, conduxit d. Wilhelmus vicarius loci, (ex) Ersdorf, pastor adfuit r. d. Seruatius Wiertz, (ex) Fritzdorf adfuerunt r. d. Joannes et Anthonius ordinis Praemonstratensis, ex Oberbachum r. a. d. Maethias, ex Berckem pastor adfuit r. d. Georgius Knaben, ex Ringen adfuit r. d. Franciscus, ex Bengen (?) adfuit r. d. Wendelinus, ex Eggendorf interfuit r. d. Euerardus, ex Wormesdorf . . . , reliqui pro sua deuotione r. d. pastor Arweilerensis d. Seruatius Ottlerus, r. d. Anno, r. d. Hubertus sacellanus, r. d. Stephanus pastor in Carweiler, r. d. pastor in Königsfelt, r. d. pastor in Oedingen, r. d. Joannes Wolff pastor in der Fischel, r. d. pastor in Holtzweiler, r. d. pastor in Dernau, r. d. pastor in Meischoss, r. d. pastor in Gelsdorf, r. d. Isenberger pastor in Heimershem, r. d. Georgius pastor in Buel, r. a. d. Prior in ualle Mariae, r. d. pastor in Adendorf, r. d. Thomas de Kirchdaun.

Particulae 3 ligneae[1]) cruci inclusae populo in altare extra ecclesiam exhibebantur et magno deuotionis affectu uenerabantur.

In eodem die assumpti ad confraternitatem chordae 26, communicantes, quantum scire licuit, 665.

Dominica sequenti 4 Augusti confraternitas chorde, 7 assumpti ad eandem, 22 communicantes.

8 Septembris adfuit processio ex Lündorf.

In festo axaltationis non erat magnus concursus, concionem habuit r. d. Christinus Isenberger, pastor in Heimerschem.

In festo s. Patris (Francisci), quia eo die incipiebant collectionem uuarum, reliqui agrorum culturae intendebant, non erat magnus concursus, sermonem habuit r. d. Seruatius Otlerus, p. Arw.

---

1) Die Handschrift hat: ligneo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

17 Novembris processio instituta ex ciuitate pro gratiarum actione de fertilissima uindemia. P. Guardianus habuit concionem, in qua egit gratias ciuibus.

Annus 1653.

19 Februarii de licentia reu. adm. P. F. Bonauenturae Reull Ministri prouincialis inuestitus habitu 3. ordinis reu. dom. Seruatius Wirtz pastor in Ersdorf.

Horologium perfectum et erectum est, 57 imperial.

In festo exaltationis s. crucis incepimus matutinum noctu celebrare.

Positiuum (ut uocatur) siue paruum organum Colonia paulo ante allatum et comparatum ibidem 58 imperialibus.

Annus 1654.

In octaua omnium sanctorum inuestitus et receptus ad 3. ordinem S. P. D. Joannes Gohr, qui initium dedit huic loco sacellum olim aedificando.

Annus 1655.

Hoc anno die 30 Maii reu. P. Antonius de Riddere commissarius generalis nationis germanicae celebrauit capitulum prouinciale Coloniae, in quo reu. adm. P. Henricus Lotzius in ministrum prouinciae tertia vice electus fuit, huius loci Guardianus v. adm. P. Bernardus Bennonius. Hic multum laborauit, ut perficeretur conuentus et adderentur, quae adhuc deerant et omnino necesseria erant. Emundauit infirmariam, quae erat quasi stabulum iumentorum, pauimentum strauit asseribus et duas lecticas erexit in ea. Partem etiam dormitorii, quae est inter ecclesiam et hortum ambitus, similiter strauit asseribus.

Annus 1657.

Die 18 mensis Novembris praeside reu. adm. P. F. Antonio Stadler provinciae Argentinae Patre et Custode conuentus Passauiensis Guardiano commissario Visitatore seruatum est capitulum prouinciale Coloniae et institutus est huius conuentus Guardianus v. adm. P. F. Eleutherius Mucheren, v. P. F. Joannes Rho (?) vicarius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Annus 1658.

12 Apr. adfuit processio ex Sintzig, quam comitata est illustrissima ducissa Juliae vidua seren. principis Juliae Wolfgangi Wilhelmi.

In festo inuentionis s. crucis ob inundationem aquarum ex Lundorf vna tantum processio fuit. 25 Aug. venerunt Bonnenses processionaliter et obtulerunt vnum cereum. Penit. et com. 306 circiter.

Annus 1659.

4 Aprilis venit processio ex Sintzig, quam comitata est illustriss. ducissa Juliae, ut supra ad an. 1658.[1])

21 Sept. praeside r. a. P. F. Bernardino Vetweis s. theologiae lectore jubilato totius ordinis seraphici Patre perpetuo ac per prouinciam coloniensem Fratrum minorum Recollect. monasterio prouinciali servatum est capitulum intermedium Coloniae et institutus est huius conuentus Guardianus v. A. P. F. Segerus Burgh, vicarius P. F. Theodorus Bechen.

Annus 1661.

Hoc anno ex mandato reu. adm. P. ministri prouincialis calefactorium transmutatum est ob nimium ibidem allidentem ventum ex loco, ubi nunc bibliotheca est ad locum, ubi ante fuerat bibliotheca, scilicet e regione graduum ascendentium iuxta refectorium.

Annus 1662.

Notandum, quod ante 6 circiter annos miraculose quasi in petra incisus et effossus sit in horto iuxta culinam insignis puteus, cum antehac laborauerit conuentus magna penuria aquae, sed deo sint laudes, nunc abundantissimam pro omni necessitate habere possumus aquam.

Annus 1664.

A. 1664 31 Aug. sub s. P. Alexandro VII, imperatore Leopoldo II, sereniss. principe Electore et archiepiscopo col. Maximiliano Henrico, ven. adm. Patre Fratre Gisberto Altweis Guardiano, clariss. dom. Antonio Cart consule, clariss. dom. Joanne

1) Ebenso erschien sie wieder 8. April 1661.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Apollinari Rösgens Syndico apostolico nostri conuentus primus lapis huius ecclesie positus, patrono omnium patronorum crucifixo.

19 Oct. seruatum est capitulum Coloniae intermedium praeside adm. reu. Patre prouinciali Thoma Martini s. theol. Lectore jubilato et v. a. P. Gisbertus Altweis Guardianus continuatus, vicarius ex Guardiano Leesmacensi (?) institutus F. Arnoldus Scopen.

Annus 1665.

In festo s. apostolorum Philippi et Jacobi obiit Coloniae ex hydroposi perillust. Baro Hugo Ernestus de petra dominus in Odendorff etc., Pater spiritualis conuentus nostri, 4 Maii (Coloniae eductum funus) apud nos sepultum praesentibus reuerend. domino Praeposito in Trir (?) et domino Fred. de petra ex Odendorf et tribus fratribus Baronissae Sophiae Quadt ex Buschfeldt vxoris dominae ex Odendorf manseruntque apud nos in prandio.

19 Maii fuit seruata solemnitas sepulturae domini defuncti ex Odendorff valde solemniter praesentibus multis Baronibus de familia et cognatione. Peractis ceremoniis cognatio cum tribus curribus recessit in Odendorff. Domini pastores ad minus 15 cum officialibus dominii et satrapiae Neuenar atque consule, scabinis et toto senatu manserunt nobiscum in refectorio vltra sexaginta cum patribus et fratribus in numero et honorifice refecti in vino et esca, exceptis aliis extra refectorium refectis, ciues etiam ciuitatis honorati fuerunt in curia vino, caseis hollandicis et pane albo laute (?).

Annus 1666.

6 Junii Brulis in conventu nostro Mariae de Angelis servatum est capitulum provinciale praeside rev. Patre Jacobo de Riddere commissario nationali et adm. rev. Patre Wolffgango Scheidt provinciae argentinae Ministro provinciali Commissario Visitatore, in quo rev. adm. P. Bernardinus Vetweis s. theol. Lector jubilatus, totius ord. Seraphici P. Francisci Pater perpetuus omnium votis excepto proprio in quintum provincialem huius almae nostrae provinciae coloniensis Fratrum minorum Recoll. electus et institutus est huius conventus Guardianus ven. adm. Pat. Arnoldus Schopen, vicarius P. Fr. Bernardus Dommernich.

20 Aug. consul ciuitatis per infortunium vesperi cecidit in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

praeterfluentem torrentem civitatis, extractus omnia vestimenta madefacta fuerunt, litterae et alia, quae secum habebat, excepto parvo libello, qui contra pestem Aquisgrani editus collectus a patre concionatore, in quo continebantur versic. et Antipho de immaculata conceptione. Hic libellus immunis ab aqua permansit, licet aliae scedulae in illo asseruatae madidae fuerint, ita ipsemet et vxor eius separatim narrarunt, quem libellum a me acceperant donatum.

In die circumcisionis domini communicantes circiter 100. Prima dominica mensis archiconfraternitas s. P. Francisci, fuerunt communicantes circiter 150. In festo trium regum communic. 60. Dominica infra festum com. 30. In festo nominis Jesu com. 7. In festo s. Antonii com. 20. Dominica 2da com. 40 circiter. In festo s. Agnetis com. 9. Dominica 3tia com. 8. In festo purificationis b. Mariae virg. comm. 150. Dominica 4ta I mensis archifraternitas, fuerunt com. ad 100 circiter. Dominica quinta com. circiter 10, dominica septuagesimae com. 15 circiter. Dominica sexagesimae com. 50 et vltra. Dominica quinquagesimae archiconfraternitas et preces quadraginta horarum, communicantes 100 circiter. Duodecima Martii aduenit processio solemnis sine tamen venerabili vltra Rhenum prope Lintz ex pagis Lutzdorf et Dadenberg, r. d. pastor celebrauit, oblati honesti cerei duo et com. 30 circiter, ob lassitudinem non plures.

Dominica I quadragesimae com. 15. In festo s. Josephi comm. 50 circiter. In festo s. Joachimi com. 6. Dominica 2da quadragesimae com. 30. In festo annunciationis comm. 100 et vltra. 26 (?) venit processio ex Lemerssem, fuerunt confitentes et com. circiter 70. 2 Aprilis venit processio ex Widerschlick sine tamen pastore, est pagus prope Bonnam, fuerunt com. 50 circiter, 4ta die fuit confraternitas chordae, fuerunt com. 100 et vltra, 8ta fuerunt . . . ciuitatis Arwileranae, com. circiter 30, quo die peregrinantes et com. 15. In dominica Judica com. fuerunt 25. 14 venit solemnis processio ex Sintzig cum adm. r. d. pastore et vicario, fuerunt com. circiter 50. In dominica palmarum permulti confitentes, pauci autem communicantes fuerunt remissi ad parochiam ex deuotione, com. 157 (?). Feria tertia venerunt cum r. pastoribus ex Meckenem, Alsdorf, Frizdorf et Eckendorf, conf. et communic. vltra centum. Feria quarta venit processio ex Ohndorf (?) ductore r. d. Pastore, conf. et com. ad 40.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Per festa paschalia fuerunt conf. in termino circiter 2850. In conuentu et ciuitate circiter 400. Passio declamata quinquies.

In festo s. apostolorum Philippi et Jacobi, 2 Maii, fuit confraternitas s. P. Francisci, tantum communicantes 20. In festo inuentionis s. crucis fuerunt communicantes 25; interim aduenit frequens populus, etiam processiones formales ex Bodendorf, Kirchdunck et Ramersbach. Secunda Veneris post pascha processio in ciuitate, quam comitamur cum cruce, interea accedit magna frequentia populi ex locis circumiacentibus deuote visitare sepulchrum domini in cripta ecclesie nostre, com. 6. Dominica secunda post pascha comm. 8, non fuit concio, quia pauci aderant ob primitias in ciuitate solemnes dom. Henrici Manners. Dominica tertia post pascha com. circiter 25. Dominica 4 post pascha com. circiter 30. 25 Maii aduenit solemnis processio ex Linsdorf[1]) prope Bonnam, confit. et com. circiter 100. Vltima Maii ex ciuitate solemnis ducta est processio et deuota sine tamen venerabili. Prima Junii pro secunda uice deuota venit ex ciuitate Arwilerana processio et solemnis. Item ex pagis Beull et Romersbach, com. 3.

Secunda Junii pro tertia vice venit solemnis processio ex ciuitate et deuota sine tamen venerabili, quia septimana rogationum erat. In ascensione domini communicantes 30. 4 Junii venerunt processiones ex Aldenahr, Kessenig et Kirchdunck cum dom. pastoribus. Item ex pago Philip sine tamen pastore, fuerunt conf. et com. circiter 60. 6 Junii fuit prima dominica mensis et dies archiconfraternitatis, aduenit maxima hominum frequentia, fuerunt com. vltra 200.

Per festa penthecostes in conuentu et foras fuerunt confitentes vltra 1000, tres Patres terminarii fecerunt suam diligentiam, sicut et patres confessarii in conuentu, communic. ipso festo et feria 2 in conuentu vltra 200.

Feria 3 venit solemnis processio ex Koenigsfeldt cum. dom. pastore, item parua sine pastore ex Alffter infra Bonnam, com. fuerunt vltra centum. 17 Junii venit processio solemnis ex ciuitate Arwilerana sine tamen venerabili. In festo sanctissimae trinitatis fuerunt com. circiter 50. 22 Junii venit deuota supplicatio ex Remagen sine tamen domino pastore, omnes deuote conf. et com., 40 circiter numero.

---

1) Wohl Lengsdorf.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dominica I trinit. com. 25. In festo Petri et Pauli com. 30 circiter. 1 Julii adfuit parva quaedam processio, com. 16. In festo visitationis b. Mariae virg. fuerunt com. 15. Dominica 2 trinit. I mensis et dies archiconfraternitatis, com. 200. 7 Julii venit processio solemnis ex Widerschlick prope Bonnam, 30 com. 8 Julii venit sol. processio ex Merckem cum pastore et vicario, com. vltra 300. 9 Julii com. 12. 10 Julii com. 16. Dominica 3 trinit. venit processio sine pastore ex Brisach, oblatus honestus cereus, com. 56. Veneris post com. 2. Dominica 4 trinit. com. 40. 23 Julii Veneris post dominic. 4 trinit. venit processio ex Geilsdorf cum pastore, fuerunt com. circiter 60. Dominica 5 trinit. in festo s. Jacobi com. 30. In festo s. Annae venit solemnis processio cum pastore ex Reimig, oblatus est honestus cereus 12 ponderum, com. ad 350. 29 iulii venit processio cum pastore ex Dietkirchen prope Bonnam, pastor celebravit, oblatus honestus cereus 14 ponderum, 4 tantum com. propter defatigationem. 30 Julii venit processio ex Gelsdorf cum pastore com. ad 150, item eodem die ex Uckhoffen prope Bonnam sine pastore com. 50 circiter. Dominica 6 sanctiss. trinit. archiconfr., venit maximus populi concursus timentes, ne festo Portiunculae plurimi ex locis infectis adventarent, inter reliquos fuit generosus dominus de Schaffenburg, com. vltra 500.

In festo Portiunculae mane circa quartam venerunt cives et incolae civitatis, ne aliis commiscerentur, interea temporis cives custodierunt omnes vias, ne quisquam ex loco infecto adventare posset, vsque ad sextam, circa quam advenit maximus concursus populi tresque processiones, in confessionibus excipiendis iuuarunt 12 reu. dom. pastores, com. ad 600. 3 Aug. com. 10. 4 Augusti venit solemnis processio ex Eckendorf cum pastore, com. 30, item venit solemnis processio ex Endlich[1]) prope Bonnam et dom. pastor celebravit, obtulerunt honestum cereum album ponderum 16, 25 tantum communicarunt propter defatigationem. 6 Aug. processio parva ex Tronsdorf, sine pastore, com. 20. 7 Augusti com. 30. In festo s. Laurentii com. 30. In festo s. Clarae com. 2. In vigilia assumptionis venit deuotionis causa generosus dominus ex Vlbruck, canonicus metropol. ecclesiae moguntinae, communicauit et confessus est cum servo suo.

---

1) wohl Endenich.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In celeberrima assumptionis festivitate tres Patres terminarii in terminis suis continuo occupati fuerunt in confessionibus excipiendis, exceperunt ad minus 1000, sicut confessarii in conuentu et vnus pastor in parochiali ecclesia in vigilia assumptionis et ipso festo mane exceperunt ad minus 500 confessiones, 50 tantum communicarunt ob indulgentias in parochiali ecclesia lucrandas. In festo s. Rochi duo Patres exceperunt confessiones in Meyschoss ad minus 800, fuerunt com. in conuentu 10. 17 Augusti Martis post dominic. 7, ratione novenae I. 18 parva processio ex Vckenhoffen, com. 9.

Dominica 8 sanctissimae trinit. com. 50 circiter. In festo s. Bartholomaei com. 30 circiter, ratione novenae 4. Veneris post dominic. s. trinit. com. 15. Dominica 11 post pent. festum decollationis Joannis baptistae, conf. et com. 128. 30 Aug. conf. et communic. 3. Martis post dominic. 11 post pentecosten ratione novenae 4.

Dominica 12 post pentec. archiconfraternitas, conf. et com. 150. Martis post dominicam 12 pentec., ratione novenae 4. In festo nativitatis b. Mariae virginis in conuentu communicantes et confitentes ad 300, extra terminarii consuetam suam fecerunt diligentiam. 10 Septembris Veneris post dominicam 12 post pentec. venit processio sine pastore ex Widerschlick, pagus prope Bonnam, com. 60. Dominica 13 post pentec. conf. et com. 30. In festo exaltationis s. crucis parva processio ex Alffter prope Bonnam sine pastore cum oblatione duorum cereorum ponderum 2, com. 40. Eodem festo venit solemnis processio ex Koenigsfeldt praesente dom. pastore, com. 50, ratione novenae 4. Dominica 14 post pentec. conf. et com. 30. In festo s. Math. comm. 90, ratione novenae 4. 22 Sept. com. 10. Veneris post dominicam 14 post pentec. conf. et com. 12. Dom. 15 post pentec. fuit maximus concursus populi ex locis hinc inde infectis ad quaerendum apud nos spirituale solatium, conf. et com. 150. Martis post dominic. 15 post pentec. ratione novenae 4. In festo s. Michaelis ex similibus locis similemque ob causam conf. et com. 200. 1 Oct. Veneris post dominicam 15 post pentec. conf. et com. 15. 2 Oct. conf. et com. 6. Dominica 16 post pentec. archiconfraternitas, com. ad minus 300.

In festo s. P. Francisci fuit maximus concursus populi, adveneruntque diversae processiones, fueruntque 15 pastores, qui in excipiendis confessionibus nostros iuvarunt, conf. et com. ad minus 900.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

5 Oct. conf. et com. ratione novenae 4. 8 Oct. com. 10. Dominica 17 post pentec. com. 30. 12 Oct. Martis post 4 com. ratione novenae. Dominica 18 post pent. com. 50. Martis post eandem dominicam ratione novenae 4. In festo s. Vrsulae com. 6. Dominica 19 post pentec. com. 100. In festo s. Simonis et Judae com. 50. Veneris post dom. 19 com. 50, qui processionaliter uenerunt ex oppido quodam prope Rhenum.

Dominica 20 post pentec. com. 60. In festo omnium sanctorum com. ad minus 600. 2 Novembris venit processio ex Rhendorf, cum pastore, com. 30. 3 Nov. in festo s. Huberti com. 30. 5 Nov. Veneris communic. 40. 6 Nov. com. 7. Dominica 21 post pentec. archiconfraternitas chordae, maximus concursus populi, qualis a longo tempore non fuit, com. vltra 600. 12 Nov. com. 60 (?). 13 Nov. 2 com. Dominica 22 post pentec. com. 30. 17 Nov. venit parva processio ex Alffter sine pastore, com. 30. 21 Nov. in festo praesent. b. Mariae virg. com. 50. 19 Nov. com. 4. 26 Nov. com. 10. Dominica I adventus com. 30. In festo s. Andreae com. 60. 3 Dec. com. 16. 5 Dec. dominica 2 aduentus archiconfraternitas, com. 200. 8 Dec. in festo immaculatae conceptionis com. ad 300. 10 Dec. Veneris post dominicam 2 aduentus venit processio parva sine pastore ex Susdorf, com. 14.

Hoc trimestri fuerunt 12 poenitentes, qui generalem suam fecerunt confessionem et ad archiconfraternitatem admissi 52, conciones in termino habitae 26, in ecclesia parochiali 4, a P. terminariis 3 baptizati, duo matrimonio iuncti, vnus sacramento vnctionis invnctus.

Per scedullas illas de immaculata conceptione duae matronae a graui infirmitate liberatae et sanatae fuerunt, quarum vna aliquot apostemata per superiorem partem cum graui periculo mortis soluta, sentiens (?) adhuc apostema apud se habere, sumpta prima scedula per inferiorem partem resolutum fuit sicque pristinam recuperavit sanitatem, altera ab alia gravi infirmitate liberata fuit.

12 Dec. dominica 3 adventus com. 30. 17 Veneris post dominicam tertiam adventus com. 38. 19 Dec. dominica 4 adventus com. 60. 20 Dec. lunae post dominicam 4 adventus venit parva processio ex Mertem, com. 59. 21 Dec. in festo s. Thomae fuit maximus concursus populi ex diuersis etiam infectis locis, com. 200.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

22 Dec. Mercurii post dominicam 4 adventus venit processio ex saar (?) Eiffliae cum pastore, com. ad minus 40. 24 Dec. in vigilia nativitatis sicut et in nocte ac in summo mane in parochia exceptae confessiones ad minus 300 in conventu, ad 500 in terminis. Tres P. terminarii consuetam suam fecerunt diligentiam per festa natalia habueruntque poenitentes et com. ad minus 250. In festo s. Stephani com. ad 90. In festo s. Joannis apostoli ad 50. In festo innoc. 15, ratione novenae 1. In festo s. Silvestri com. ad minus 45.

Annus 1667.

12. Nov. praeside v. a. P. F. Bernardino Vetweis s. Theol. Lectore jubilato totius ord. Seraphici Patre perpetuo ac per prouinciam colon. fratrum minorum Recoll. prouinciali seruatum est capitulum intermedium Coloniae et huius conuentus Guardianus continuatus est v. a. P. F. Arnoldus Scopen, vicarius ordinatus est Conradus Linnich.

Dominica sexagesimae P. Joachimus Meukemius (?) a Bachemiensibus, postquam pestiferis ibidem septem ferme mensibus seruierit, saluus et incolumis conuentui est restitutus cum protestatione, omnia sua bene et fideliter fecisse.

Ex fide lutherana a me ad fidem catholicam susceptus est Thomas Charnz ex Scotia oriundus reformatusque capitaneus, postquam 36 annos in fidei errore perstiterit.

Summa huius trimestris confit. et com. 1320.

Ex fide hugonothica ad fidem catholicam a nostris conuersus est iuuenis quidam et miles nomine Joannes Point Parisiensis fecitque hac die in sacristia nostra professionem fidei.

Ex fide lutherana a me ad fidem catholicam susceptus est Joannes Molitor miles ex Saxonia oriundus.

Summa conf. et com. huius trimestri (sic) 1743.

Caminus camerae hospitum renouatus est.

Annus 1668.

3 Julii accepimus a milite quodam ex Brabantia oriundo pulcherrimas et diuersas reliquias, nimirum de s. Thoma apostolo, de s. Bartholomeo apost., de s. Laurentio, de s. Barbara, de s. Christina, de s. Ursula, de eius sodalibus, quas, vt ipse testatus est, ex aliqua ecclesia ab haereticis spoliata et deuastata in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

superiori Germania accepit ex intentione, ne ab haereticis dehonorarentur, sed magis a bonis catholicis pie venerarentur, quorum intercessionibus nos vnice recommendamus.

Summa huius trimestri (sic) confit. et communic. in conventu circiter 2310.

In festo s. Francisci licet ob contagionem circum sicut et in ciuitate grassantem magnus tamen fuit concursus hominum, pastores celebrarunt circiter 20, qui omnes et fuerunt in mensa exceptis ex locis pestiferis, vt Beul et Gelssdorff, Reinbach etc. qui tamen hic suam deuotionem seruarunt.

Per cordam archiconfraternitatis s. Francisci e maximo vitae periculo existens mulier[1]) in partu cincta statim peperit facto voto, quod proxime vellet suscipere confraternitatem, contigit in Kassel in parochia Heckenbach.

Mulier 4 diebus existens in puerperio cordam traiectensem a nostris accepit seque cinxit et foeliciter liberata est. Vnus impos ad matrimonium per exorcismum a nostris super illum lectum ipso die sanatus est, ita quod eodem die contraxerit sponsalia.[2])

Annus 1669.

5 Maii in conuentu Coloniensi ad oliuas dicto seruatum est capitulum praeside reu. Patre Jac. de Riddere commissario gener. nationali assistente r. a. P. Bartholomaeo Dasthroy commissario visitatore prouinciae Flandriae Patre perpetuo ac s. theol. Lectore jubilato, in quo r. a. P. Bonauentura Reul s. theol. Lector jubilatus ac huius prov. Pater perpetuus omnium votis excepto proprio in prouincialem almae nostrae prouinciae electus est huiusque conuentus Guardianus institutus est v. a. P. Reinerus Haas, vicarius continuatus est Conradus Lennich. In festo canonisationis s. Petri de Alcantera maximus fuit hic concursus populi ex omnibus conuentus termini locis processionesque diuersae, prima die summum sacrum cum diacono et subdiacono solemniter celebrauit r. a. d. decanus ruralis et pastor in Heimescheim Christianus Epsenburch, qui et de s. Petro solemnem habuit concionem. In processione, quam ad mediam vsque ciuitatem duximus, tota iu-

1) mulier fehlt in der Handschrift.
2) Nicht matrimonium, wie Kinkel übersetzt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uentus cum suo vexillo et sclopedis fuit in armis totusque senatus Arwilerensis huic processioni solemnissime interfuit.

Prima die post festum Portiunculae consummato opere fabrorum lignariorum F. Josephi Vasbender et F. Henrici inxis (?) structuram templi... praesentibus consulibus ciuitatis, nimirum praesente clarissimo dom. consule Bartholomaeo Bartel, consule actuali, qui et in nomine reuerendissimi et illustrissimi principis Electoris colon. primo tribus ictibus percussit clauum, praesente clariss. consule Henr. Alden, qui percussit secundo, praesente clariss. d. Antonio Cardt, qui percussit tertio; tandem uen. adm. Pater Guardianus Reinerus Haas totaliter infixit illum. Consummarunt autem opus hoc spatio nouem dierum, quo consummato praesentibus iterum consulibus, senatoribus et aedilibus cum expositione v. sacramenti cantauimus: Te Deum laudamus, quo cantato benedictio data est, in qua solemnitate omnes etiam operarii praesentes fuerunt gratiasque domino deo egerunt eo quod nullus vel in minimum laesus fuerit.

Annus 1670 et 1671.

Die 19 Nov. seruatum fuit Brulae capitulum intermedium praeside r. a. P. Petro Ritz viceprouinciali, in hoc capitulo ordinatus fuit Guardianus ven. adm. P. Petrus Schäffers, ven. P. Mathias Albertinus vicarius.

Anno 1671 ex mandato reu. adm. P. prouincialis in festo purificationis b. M. virginis incepta fuit hoc in loco confraternitas immaculatae conceptionis b. V., quae tantummodo seruatur in festis eiusdem b. Virg. Die 17 Aprilis erexerunt Fratres nostri fornicem chori et postea temporis successu incoeperunt fabricare reliquam partem pro naui ecclesiae.

Die 23 Maii nempe pridie sanctissimae trinitatis imposita fuit crux turri a magistro Henrico regulario.

Die 21 Junii processionaliter huc ad montem venerunt ex ciuitate Arweiler cum venerabili sacramento ad obtinendam serenitatem aëris, quam etiam a deo impetrarunt.

Die 20 Juli incoeperunt nostri Fratres fabri lignarii Josephus et Henricus erigere fornicem nauis ecclesiae. Die 28 totaliter erexerunt fornicem nauis ecclesiae.

Die 9 Aug., quae fuit dies dominica circa medium I^ae^, cum legeretur matutinum, fuit magnus terrae motus.

Die 20 positae fuerunt campanae in turri, quae fusae

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fuerunt a. 1547, maior continet libras 126, malleus vero 5 libras.

Die 8 Dec. cuidam ciui Arweilerano furto ablati fuerunt aliquot imperiales, curauit legi sacrum de s. Antonio paduano, eae vesperi proiectae fuerunt pecuniae in domum eius.

Annus 1672.

I die Maii seruatum est capitulum prouinciale Coloniae, in quo electus in prouincialem fuit r. P. Ludouicus Kellen, confirmatus huius conuentus Guardianus ven. adm. P. Petrus Schefers et v. Pat. Mathias Albertini vicarius.

Hoc anno in Augusto factum fuit sepulchrum ante summum altare pro domo Adendorf.

Annus 1673.

3 Oct. in capitulo intermedio praeside r. P. Ludouico Kellen prouinciali Coloniae seruato huius conventus Guardianus institutus fuit ven. adm. P. Sebastianus Weitzell, v. P. Josephus Busch vicarius.

Tres per nostros acatholici conuersi et in ecclesia nostra professi.

In festo omnium sanctorum miles hollandicus sub Principe Auriaco urbem Reimbachiensem licet fortiter, tamen imprudenter se defendentem, plurimis de hoste caesis circiter 300, ui occupauit sub vesperum, uiros et mulieres tam rusticos quam ciues quam plurimos crudelissime trucidauit, foeminas et virgines turpiter oppressit, ecclesiam suppellectili tam sacra quam profana omnino spoliatam etiam sanguine non solum vulneratorum verum etiam crudelissime occisorum, praesertim reuerend. domini Joannis Becker ibidem vicarii et senioris scabini Hensman nomine violavit.

Secundo die eiusdem mensis rumore de capta urbe ac crudelitate in ea exercita ad nos peruolato pro conuentu saluae guardiae impetrandae liberique ciuitatis ingressus nomine senatus Principi Auriaco offerendi causa emissus fuit P. Josephus Busch vicarius, qui eodem reversus die hoc praeter pro conventu salvi conductus promissionem retulit responsum senatui, quod nullus ciuium haberet, quod timeret, modo in aedibus suis suorum accommodato militum[1]) custosque ignis maneret. Dictum factum.

1) Der Satz unverständlich; vielleicht ist accommodato mit dem Genitiv verbunden: der Bürger mochte sich auf eine den Soldaten angemessene (wünschenswerthe) Weise in den Häusern halten.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quarta enim die Princeps Auriacus cum aliquibus regiminibus ciuitatem quidem ingressus, sed altera tamen luce eandem relinquens perrexit ad exercitum caesareanum, tamen saluo conductu ad conventum nostrum ad ecclesiam ciuitatis ac domum Blanckart misso ac hoc relicto militi manenti mandato, ne quis militum ciuibus maxime (?) in suis remanentibus aedibus uim inferret aut damnum. Cui[1]) mandato plurimi obsequentes 6ta die suum secuti sunt ducem ac Principem versus Bonnam, prius tamen domibus fugitiuorum spoliatis.

8 vel 9 eiusdem (mensis) Bonna formaliter fuit obsessa a Caesareanis, Hispanis et Hollandis, sub qua obsidione omnes nobilium domus et arces excepta Adendorff et Landzkron, omnes pagi et oppida praeter Reimagen vastata, omnes ecclesiae ac sacella exspoliata, imagines confractae, sacrae hostiae conculcatae, calices aliaque sacra ac ornamenta caetera fuerunt ablata tam a Caesareanis et Hispanis quam Lotharingis ac Hollandis.

Eodem tempore ciuitas Reimbachiensis ultra medietatem in cineres redacta fuit partim a Lotharingis, partim ab alio authore incognito.

3tia eiusdem mensis principalis porta ciuitatis in aëra eruta fuit seniorque scabinus nomine Hasserdom[2]) ante portam ab Hollandis suspensus obiit.

Mirabile et de P. nostri Francisci patrocinio singulariter notatu dignum est, quod in certissimo captiuitatis, mortis ac oppressionis mulierum[3]) ac virginum periculo plerique nostri benefactores ac benefactrices omne evaserint periculum, hae oppressionis, illi mortis ac captiuitatis, imo et aedes eorum maximo illo incendio aliis omnibus circumiacentibus in cineres redactis immunes mirabiliter permanserint, quod beneficium s. P. patrocinio adscripsere.

Econtra uero alii nobis minus fauentes praesertim autem archiconfraternitatis s. Patris nostri ibidem recenter institutae contemptores miserrime uel trucidati vel capti fuere, principalis vero suspendio, quod ipsi ante de cathedra publice praedictum fuerat, ante portam obiit, cuius cadauer, licet in uita non meruerat, ad instantiam P. vicarii solutum et honesto sepulchro mandatum fuit.

1) Vorher stehen durchstrichen die Worte: quod quoque a pluribus seruatum.
2) Vielleicht ist Hafferdom zu lesen.
3) Die Handschrift hat mulierium.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Non minus quoque notandum occurrit, quod tota reu. Joannis Riefferscheidt ibidem pastoris domo Vulcano tradita, unica tantum camera, in qua effigies S. Petri de Alcanthara parieti affixa erat, nullo alio adhibito aquae medio salua perstiterit.

A festo paschali 1674 usque ad idem festum 1675 poenitentes et communic. circiter 6336 in conuentu, extra a nostris excepti 5236.

Annus 1674.

Inter haec omnia[1]) specialiter notanda est singularis illa dei in hunc conuentum prouidentia ac benedictio, quae fuit tam larga hucusque ac liberalis, ut miserrimo hoc belli tempore, quo plerique etiam diuites eguerunt ac esurierunt, ut non solum uictui necessaria proprio habuerit, sed etiam aliis ad conventum pro nudo pane fugientibus idque non sine magno numero tribuere potuerit, ut nemo inhonoratus aut uacuus abire debuerit, imo ecclesiam lapidibus sectis complanauerit totam, calcem pro futura ecclesiae introitus ac graduum structura sufficientem lapidesque sectos soluerit habeatque paratos, nouum quoque chorum, in quo in festo beatiss. virginis Mariae annunciationis cum summa populi admiratione, deuotione ac gaudio praesente senatu Arweilerano ad hanc deuotionem singulariter, quia ligna dedit, inuitato primo diuinum celebratum fuit officium, superioribus tantum stallis in uno latere inceptis totum exstruxerit perfeceritque, debitum 300 imperialium propter structuram ecclesie Coloniae olim contractum deposuerit solueritque.

Annus 1675.

In capitulo prouinciali 1675 26 Maii praeside reuerendiss. P. P. F. Henrico Herinx commissario generali Coloniae celebrato Minister prouincialis electus fuit reu. adm. P. P. F. Casparus German s. theologiae Lector iubilatus, huius conuentus Guardianus institutus v. adm. P. F. Franciscus Koenen, P. Fr. Josephus Busch vicarius confirmatus, P. Ambrosius Kreff concionator.

---

1) Ob diese Notiz zum Jahre 1673 oder 1674 gehört, ist nicht mit Sicherheit zu ersehen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Annus 1676.

Anno 1676 11 Oct. in capitulo intermedio per reu. admodum P. Casparum Germann Prouincialem Coloniae celebrato confirmatus est ven. adm. Guardianus huius conuentus P. Franciscus Koenen, P. Antonius Molitoris institutus vicarius, P. Franciscus Altweis concionator, P. Joannes Herckenrath instructor primus huius conuentus ordinatus.

Dominica 24 non fuit concio in ecclesia nostra nec in parochia propter milites hollandicos et lünenburgenses, nec dominica 25 fuit concio nec catechismus in parochia. Dominica 2da aduentus, in quam coinciderat archiconfraternitas chordae, fuit iterum concio, sed exiguum auditorium ob bellicosa tempora.

In festis natalitiis nulla concio habita ob tempora bellicosa.

Annus 1677.

In vigilia ascensionis domini et in ipso festo sicut die Veneris fuerunt hic in ecclesia nostra preces 40 horarum a papa Innocentio XI institutae pro vniuersali pace impetranda.

In ipso festo Portiunculae adfuit diuinis in ecclesia nostra dom. comes ex Saffenburg, qui etiam confessus est et sacra communione refectus, etiam mansit in prandio.

Similiter hic celebrauit reuerendiss. dominus Praelatus et praepositus montis S. Appollinaris, qui etiam mansit in prandio.

Sacerdotes celebrantes fuerunt 20, qui omnes exceptis paucis manserunt etiam in prandio.

In vigilia s. Mathaei oppidum[1]) lanskron igne consumtum[2]) est.

13 Octobris missa sunt notabilia huius conuentus Andernacum ad chronistam.

Annus 1678.

Dominica 2da post Pascha, quae fuit dies 24 Aprilis, celebratum fuit capitulum prouinciale Coloniae, in prouincialem electus fuit reu. admodum P. Joannes Nuartz ss. theol. lector jubilatus, huius conuentus Guardianus institutus ven. adm. P. Wer-

1) Oppidum nennt die Chronik jedes Dorf.

2) Die Handschrift hat consumatum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nerus Caesareus, vicarius continuatus P. Antonius Molitoris sicut et P. instructor Joannes Herckenrath, P. Paulinus Wahl concionator.

Conuersi sunt duo ad catholicam fidem.

Indutus paruulus habitu s. P. nostri totaliter propter longam infirmitatem exhaustus, postquam autem indutus, statim obiit adhuc isto die.

Primo Junii missa sunt notabilia ad chronistam Andernacum.

Dominica 14 post pentecosten, quae fuit 1 Septembris, consecrata est ecclesia nostra montis Caluariae a reu. domino dom. Paulo Ausemio episcopo et suffraganeo Coloniense (sic), post actum dedicationis statim incepit actum confirmationis, quibus actibus aliquot millia hominum interfuerunt.

In festo exaltationis s. crucis patrocinii ecclesiae nostrae reu. dom. pastor oppidi cum suis parrochianis processionaliter ad ecclesiam nostram venit ad impetrandam pluuiam.

Conuersa vna haeretica ad catholicam fidem ex Basel.

Annus 1679.

26 Aprilis transmissa sunt notabilia huius conuentus Andernacum ad chronistam v. P. Georgium Eckhardum s. theol. lectorem emeritum.[1])

Notabile de infante quodam, qui per medium annum infirmus fuit, vti parentes suspicionem habuerunt, quod per malos homines factum esset, nec potuit conualescere nec mori, vsque dum vouerant illum ad montem Caluariae in honorem s. Francisci et s. Antonii de Padua, post deuotionem matris cum infante in ecclesia factam domum praedicta mater reuersa, post quadrantem horae obiit paruulus.

Aliud de matre quadam, cuius filius iuit cum Gallis ad militiam, quae curauit legi duo sacra in honorem s. Antonii de Padua, vt filius reuerteretur ad matrem, et filius non habuit quietem vllam diu noctuque, vsque dum venerit ad matrem suam. Notabile de s. Antonio a Padua: mulieri cuidam ablati fuerunt 4 imperiales, statim curauit legi sacrum in ecclesia nostra de s. Antonio de Padua, altero die venit quaedam ancilla, quae abstulit, et iterum dedit pecuniam istam.

Die 14 Octobris praeside reuerend. Patre Ludovico Kellen

1) Dasselbe wiederholt sich unter dem 6. October desselben Jahres.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

totius ordinis Seraphici Exdefinitore et nationis Germano-Belgicae Excommissario generali nec non almae nostrae prouinciae Colon. vicario prouinciali seruatum est capitulum intermedium Coloniae et institutus est huius conuentus Guardianus ven. admodum P. Josephus Busch, vicarius P. F. Engelhardus Verber, P. F. Paulinus Wahl conuentus concionator est confirmatus, P. F. Hubertus a Villa noua instructor.

Annus 1680.

8 Februarii missae sunt circulariter patentes de dato 1 Febr. a reu. P. Ludouico Kellen vicario Prouinciali, quibus preces omnibus singulis sacerdotibus, sacrum de sanctissima Trinitate additis collectis de beatissima v. Maria et s. Antonio a Padua, fratribus clericis et laicis confessio et s. communio pro serenissimis duce juniore Neoburgico et Archiducissa Austriae coniugibus indicebantur ad impetrandos exoptatissimos heredes, pacem, longaeuam vitam, pinguedinem terrae coelique rorem.

Die 26 Febr. missae sunt circulariter patentes a reuend. P. Ludouico Kellen vic. generali, quibus mors Emin. cardinalis Barbarini protectoris ordinis nostri intimabatur et iusta exsolui iubebantur adiectis nonnullis monitis strictioribus disciplinae monasticae seruientibus.

Die 3 Martii fuit dominica quinquagesimae, catechismus non fuit seruatus forte ob Bachinalia[1]) (sic).

In festo annunciationis beate Virg. Mariae primo seruata fuit confraternitas eiusdem immaculatae conceptae virginis ob bellorum tumultus hactenus intermissa, fuit concursus non exiguus.

Die Mercurii maioris hebdomadae venit vxor Judicii scribae Signiacensis, quae a longo tempore vlceratum tolerabat pedem nec medicamine priori restituendum integritati credebat, quod in dies malum isti matronae in maiorem proserpserat iniuriam, ita vt auctum vix pede nedum quidem ire, sed nec niti sit ausa. Quare medelam aliunde et ab illo, quod creatura superioris sit ordinis, deo scilicet rata est esse aucupandam[2]) indeque salutem infallibiliter obtinendam nec moram trahit diuturniorem, breui facit deliberatione, quod se sperabat citius obtenturam a

1) Fastnacht, Bacchanalia.
2) Die Handschrift hat: deum u. aucupandum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bonorum omnium largitore deo, qui sicut bene sperare dat, sic hoc, quod sperat, iam quasi dare promisit. Venitur erga ad vota et vota volant ad montem nostrum Caluariae, deus sibi complacuit in illis, suscepit, supplici matronae aures adhibuit benignissimas, largitus est, quod petitum. Vlcus eiicitur, caro noua concrescit, vulnus tollitur, pes solidatur et usus eiusdem reuertitur. Voti nec illa immemor. Redde Altissimo vota tua: pedes illa venit Signiaco ad ecclesiam nostram montis Caluariae, reddidit miraculoso nostro crucifixo vitulos labiorum suorum tanquam holocausta medullata. Quod emensum iter sibi bis adhuc emetiendum voto indixit.

Dominica 2 post Pascha archiconfraternitas s. Chordae fuit seruata, non fuere multi poenitentes forte ob nimiam locis Juliacensibus tunc impendentem exactionem.

Post dominicam 6 post pascha etc. feria 3 cum summa solemnitate primus lapis[1]) s. sepulchri est benedictus ab adm. reu. domino pastore in Heimersheim decano Christianitatis Arcuensis Christiano Isenberg sub reu. in Christo Ludouico Kellen totius ordinis Exdefinitore etc. et vicario prouinciali v. a. P. Josepho Busch Guardiano conuentus existentibus, positus est a praenobili et spectabili dom. Joanne Apollinari Roesgen vicepraefecto et conuentus nostri syndico apostolico nomine et persona perillustrium, generosorum ac gratiosorum d. d. Caroli Caspari a Leyen domini in Adendorf et Jacobi ab Eltz domini in Kempenich praesentibus praenobilibus et spectabilibus Joanne Apollinari Roesgen consule actuali, tum omnibus scabinis cum toto senatu Arapolitano, architecto Nicolao Kasmarck commissario, qui Pater spiritualis nomine praedictorum pro singulo eundem lapidem ter percussit, sicut dom. Consul nomine ciuitatis. Postquam a 28 Aprilis in eiicienda et complananda petra in sepulchro ecclesiae nostrae iuxta praescriptam dimensionem fundamentalem et aquariam libram atque fornicem componendum longam exegimus temporis moram maximosque exantlauimus labores, tandem 8 Augusti a ven. adm. P. Josepho Busch, Guardiano conuentus, post a nobili et spectabili dom. Joanne Stell consule defuncto ciuitatis Arapolitanae v. P. Engelhardo Verber vicario ac toto conuentu lapis fuit incussus quadrangularis.

1) Am Rande steht, wohl irrthümlich, die Jahreszahl 1679.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Notabilia conuentus chronistae Confluentiam sunt transmissa.

In parasceue domini in parochiali ecclesia, vt moris est, nostrum aliquis passionem domini declamauit, post prandium ex eadem ecclesia per clerum Arapolitanum et nostros solemnis anniuersaria processio passionem domini repraesentans in nostrum montem deducta fuit, qua seruata affectuosa duorum punitorum flagellationis et coronationis Christi exhortatio dicebatur a. P. Conrado Westhouen, qui etiam singulis sextis feriis per quadragesimam exhortationes pias seruauit magno cum concursu fidelium deuotorum.

Annus 1681.

Seruatum est capitulum prouinciale Confluentiae praeside reuerend. P. Fr. Guilhelmo van Sichen s. theol. lectore Jub. Germaniae inf. Exprouinciali ac P. perpetuo Commissario generali super prouinciis Germano-Belgicis, primo scrutinio electus est in Ministrum prouincialem reu. P. Ludouicus Kellen totius ordinis Exdefinitor ac nationis Germano-Belgicae Excommissarius generalis v. adm. P. Guardianus Josephus Busch, P. Engelhardus Verber vicarius, P. Hubertus a Villa noua instructor continuati, P. Conradus Westhouen concionator continuatus et institutus.

Sabbatho ante dominicam 6 post Pascha ad nostrum conuentum (venit) reu. dom. Gier canonicus presbyter summi templi colon. incognito seruaturus octiduanam recollectionem ob deuotionem erga hunc locum, quam in vindemia semel nostram ecclesiam visitans conceperat, vnde protinus a reuerend. P. Ministro prouinciali sequentes ad nos dirigebantur monitoriae.

V. V. in Christo Jesu dilectissimi P. P. et F. F.

Cum quidam authoritatis et Familiae apud vos in monte Caluariae intendat octiduanam seruare recollectionem, hinc omnes in domino exhortor, vt die noctuque sedulo chorum frequentent, religiosam modestiam et strictum silentium seruent, discursus per conuentum inutiles deuitent, lectionem mensalem nunquam interrumpant, omnia denique ita agant, ne oculos tanti viri offendant et ne ego paulatim superueniens audiam, quod punire debeam. Hinc omnes pariter valete et deum pro me orate, qui sum omnium vestrum

Ex animo seruus et Confrater Fr. Ludouicus Kellen minister prouincialis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

. . . . corporis Christi post dominicam sequentem feria 3 ad petendam pluuiam fuit ex Bodendorf solemnis processio ad nostram ecclesiam deducta.[1])

Die 24 Oct. pro capitulo generali Toleti celebrando transmissa sunt Coloniam notabilia huius conuentus.

In festo s. Huberti fit solemnis benedictio aquae, salis et panis in honorem s. Huberti antidotum[2]) contra morsus rabidorum canum et intoxicationes, quod nos exemplo didicimus praestantissimum, nam intercessione s. Huberti, cuius s. reliquias nostra habet ecclesia, P. Wilhelmus Henningius et Fr. Florentius a rabido cane laesi ab intoxicatione fuere praeseruati cum aliis pluribus:

Dominica I aduentus Princeps Elector col. per suam archidioecesin Jubileum ab Innocentio summo pontifice indictum fecit promulgari intra quindenam absoluendum, intra quam ad nostram ecclesiam confluxus fidelium conuolauit indicibilis, ita vt praesentes P. P. Confessarii in excipiendis confessionibus paene fuerint exhausti et fuerunt communicantes in dom. 2 festo immaculutae conceptionis b. Virg. Mariae et 3 aduentus circiter 5000.

Annus 1682.

Notabilia conuentus missa sunt hac 12 Martii Confluentiam Annalistae prouinciae a prouinciali capitulo vsque ad finem illius anni 1681.

Annus 1683.

Die 13 Septembris praeside reu. P. Ludouico Kellen totius ordinis Seraphici Exdefinitore et nationis Germano-Belgicae Excommissario generali almae nostrae prouinciae prouinciale seruatum est capitulum intermedium Coloniae et institutus est huius conuentus Guardianus v. adm. P. F. Sebastianus Weitzell, vicarius V. P. Martinus Rutgenius, concionator P. F. Paulinus Wahl, instructor P. Bonauentura Reimer.

Annus 1684.

Die 30 Aprilis, quae erat quarta post pascha, servatum est capitulum provinciale Coloniae praeside reu. P. F. Judoco

1) Zu demselben Zwecke kamen in diesem Jahre Processionen aus Löndorf und Breisach.

2) Handschrift: antitodum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Scharllet, lectore ss. theol. jubilato, prouinciae Germaniae inferioris Exdefinitore, et Commissario generali, assistentibus r. Patre Fr. Carolo Coudensouen[1]) prouinciae Germaniae inferioris Exdefinitore et Guardiano lichtenbergensi commissario et visitatore et r. P. F. fratre Christophoro Sittinghausen provinciae Argentinensi Definitore[2]) actuali Convisitatore, primo scrutinio electus est in ministrum prouincialem reu. adm. P. F. Henricus Salm, continuatus in hoc conuentu v. adm. Pater F. Sebastianus Weizel Guardianus, v. P. Martinus Rutgenius vicarius, concionator institutus P. F. Apollinaris Bolderdirk, Pater Frater Modestus Maringis instructor.

Dominica laetare, in quam incidebat confraternitas b. Patris nostri Francisci, exiguus fuit concursus ob metum coloniensium[3]) militum hic transeuntium in Vngariam.

Annus 1685.

In festo s. Patris nostri Francisci aduenit totus ferme praenobilis conventus monasterii vallis Mariae.

Annus 1686.

In mense Martio peracta generali peccatorum confessione perceptoque Eucharistiae sacramento eiurata Haeresiarchae Martini Lutheri haeresi non sine magno cordis sui gaudio ac solatio orthodoxam catholicam fidem in domo capitulari professus fuit nobilis ac spectabilis dom. Joannes Schmitz, origine Saxo, officio vicesatrapa arcis ac ditionis Saffenburgensis.

Post dominicam 5 quadragesimae feria secunda notabilia mensis Martii usque ad dom. 3 quadragesimae inclusiue chronistae prouinciae Confluentiam missa sunt.

Annus 1687.

In mense Februario fluuius Ara aquis ex niuibus resolutis ita inundavit, ut rapidissimo ac voracissimo suo cursu plurimos pontes et in specie duos illos prope Arweilerum abduxerit.

Initio mensis Martii emanarunt a P. Petro Morini Sormanni

1) Auch vielleicht: Condensonen.
2) Die Handschrift hat: Definitori.
3) Das Wort coloniensium steht am Rande.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

generali etc. patentes, quibus universo ordini contestatur dolorem suum de obitu defunctae in domino Augustissimae Romanorum Imperatricis Eleonorae viduae, seraphicae religionis nostrae (cuius et habitum utpote tertiaria devote gestavit) optime meritae patronae ac protectricis, proinde pro praedictae Augustissimae Imperatricis animae refrigerio in omnibus totius religionis conventibus in virtute s. obedientiae mandavit 3 sacra solemnia, requiem cantari, 3 officia mortuorum legi, a fratribus et laicis bis sacrum domini corpus sumi et 100 pater noster orari.

Feria 6 in parasceve post prandium ordinaria processio repraesentans figuras et principaliora mysteria dominicae passionis, numerosissimus populi confluxus, at exigua forte deuotio, quia vix potuit confluens populus ad optatam et exspectatam devotionem dirigi defectu debiti regiminis, prope montem in prato exhortatio.

Die 17 Aprilis omnia notabilia Confluentiam ad chronistam prouinciae sunt transmissa, fueruntque a capitulo ultimo intermedio 16 Septembris 1685 celebrato tum in tum extra conuentum poenitentium confessiones (quas inter 20 circiter fuere generales) exceptae 39487, communicantes in conventu 15200, baptizati infantes 19, sacro ordinis habitu vestiti 5, aegrotis 20 data extrema unctio, infirmis 16 datum sacrum viaticum, matrimonio copulati 10, conciones habitae 518, confraternitas sacrae chordae in et extra conventum habita trigesies et secundo, ad eandem assumpti 260, confraternitas immaculatae conceptionis in conventu servata vigesies et quinto. Catecheses servatae 80, processiones advenere 48, ad orthodoxam catholicam fidem conversus unus.[1]) Inter diversas sanitatum gratias fidelibus devotis impartitas specialiter notata una.

NB. Contigit hic singulare quid (sic) secundum attestationem domini Joannis Stoll notarii publici. A. 1687, 14 die Augusti comparuit coram me nominato notario ac praesentibus testibus Maria Pollich Gerardi Strassfeltt coniux, candide edixit et testificata fuit, sese terribiles et intolleratos (sic) dolores diu noctuque passam fuisse, ita vt nulla adhibita remedia prodessent nec quicquam efficerent, ita vt etiam ferme desolata per integrum annum casu rediens ex ecclesia nostra tendens Arweillerium in occursum

1) Es ist dies Johannes Schmitz, siehe oben; an dieser Stelle wird zugesetzt, daß er im Alter von 33 Jahren stand.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

habuit aliquem,[1]) qui persuasit huic mulieri (posteaquam intellexerat miserrimum statum illius ac etiam cognouerat ex misera facie illius), quatenus in honorem s. Antonii a Padua quam deuotissime servaret nouenam. Illa statim vouit ac promisit et etiam consequenter exsoluit[2]) et illico sanata, ita quasi aliquis abstersisset illos dolores ex brachio illius nihilque amplius doloris ac molestiae sensit. In cuius rei fidem hoc publicum documentum emitto et attestor ad maiorem dei gloriam ac s. Antonii Paduani. Datum et scriptum Arweillerii in mea domo vt supra, testes praesentes attestati fuerunt Henricus Beuruenich et Petrus Betzer (?) ciues eiusdem ciuitatis et erat infra scriptum: (L. S.) Joannes Stoll imperiali auctoritate not. publicus per modum simplicis protocolli in praemissorum fidem requisitus extensione salua, quatenus opus, scripsit et subscripsit nec non sigillo roborauit.

Annus 1688.

In festo Portiunculae fuit hic talis concursus populi, qualis vnquam fuit propter liberationem obsessae, vt patebit. Fuerunt hic 40 et vltra pastores ac alii religiosi desiderantes finem huius actionis, communicantes fuerunt mille ducenti. Quod deus permittat, corpora humana a daemonibus vexari, euangelica nedum narrat historia multis in locis, sed et acta apostolorum. Si autem queratur, cur deus permittat daemonibus corpora vexari eorum, in quibus[3]) creatoris imago et similitudo reluceat, quamquam[4]) sacramentis sint munita, causa resultat multiplex, quarum quatuordecim videre poterit ille, qui illas scire aut legere desiderat, ex thesauro exorcismorum P. fol. 6. 27.

Quod autem vexari possint, ex facto demonstratur apud S. Lucam Cap. 4. 8, Marc. 1. 5 et 9, Matth. 12 et 17. Signa vero a daemone vexati aut daemoniaci in eodem citato thesauro reperientur fol. 6. 33, ex quibus nostram daemoniacam, deo sint laudes, iam liberatam, fuisse vere daemoniacam cognouimus. Quod

1) Jemand begegnete.
2) Handschrift: exoluit.
3) Die Const. Handschrift hat: quorum. Möglicher Weise ist hinter quorum ein Wort ausgefallen.
4) quamquam fehlt in der Handschrift. Der Sinn erfordert aber irgend einen Zusatz.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

per ordinem sub exorcismo gestorum narrabimus in nunc sequenti facti relatione.

Nomen daemoniacae nostrae fuit Catharina von Trier, patria Arweillerium. Pater Martinus von Trier, mater defuncta, exercitata in catechismo et litteris sexui muliebri conuenienter fuit vitae probatae, ad deuotionem s. missae sacrificium incruentum assidua, patronus eidem s. Antonius a Padua, vnde nouenam de eodem sancto tempore continuauit. Mane et vesperi occultis in cruce praetiunculis se suosque domino Deo recommendauit, quam deuotionem quoque in filios per riuos quasi materni lactis deriuauit. Vnde in matrimonio cum viro quodam tempore pacifice thorum exigerunt (sic). Post, bonis quidem illorum statui proportionatis, oeconomiae iura illis non exacte obseruantibus, delapsis in miseriorem statum delabentibus, rixae et iurgia inter patrem et filiam oriebantur, quibus mutuae succedebant execrationes, maledictiones et imprecationes. Quae viuendi ratio ad nouennium fuit continuata, sub quo rixis et iurgiis inter patrem et filiam accrescentibus diabolus, Sathan dictus, sumpsit occasionem corpus huius filiae possidendi et vexandi per imprecationem parentis et mariti. Ipsa quasi deludens imprecationem dixit: Fiat ergo.

Intrauit campum ad colligendas pecoribus suis herbas insentiens, quasi per sibilum[1]) quendam, pro vt sibi imaginabatur, muscae quaedam maiores inuolassent[2]) per aures et ita per 5 annos haec clandestina miseria inundauit, ab anno namque 84 vsque ad annum 88. In initio huius anni semper conquesta suo confessario, quod esset obsessa. Ille vero multis modis dissuadens, quasi merae imaginationes vel impressiones essent phantasticae, nihilominus in dictis suis obfirmata semper dicebat: vos videbitis in fine, quid rei sit.

Vnde anno integro variis tentationibus ac pusillanimitatibus[3]) ac desperationis stimulis acta exacta prima[4]) Junii actualem nouenam in honorem s. Antonii a Padua absente suo confessario v. P. vicarium requisiuit, ipsi confessa cum lachrimis, rogans et

1) Die Handschrift hat: sibulum.
2) Die Handschrift hat: inuolascent.
3) Beängstigungen. Die Handschrift hat: pusallmitatibus.
4) Die Handschrift hat: exacto prima.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

petens, ne ipsam desolatam relinqueret. Respondit: nequaquam hoc fiet. Absoluta paenitentia ac sumpta sacra synaxi, daemon aperte illa aggressa[1]) terribili voce, horrenda facie ac ingenti clamore, vt omnes, quotquot erant praesentes in ecclesia, ex nimio terrore ex latere tam viri quam mulieres ad aliud latus recesserint, ibidem alte orantes et inuocantes auxilium diuiuum. Ven. Pater vicarius vocatus a quodam Fratre indutus alba stola et manipulo cucurrit ad ipsam, quae tunc scamno inclinata (se)[2]) eleuauit, quem sacris paramentis indutum videns exterrefacta cum clamore valido exclamans. Ad quem horribilem clamorem ven. adm. P. Guardianus etiam accurrens praecepit, vt liber exorcismorum afferretur[3]) ac ad domum locutoriam afferretur et duceretur ibidemque exorcisaretur.

Ibidem in sede confessionali sedit quasi dormiens, vsque dum ven. P. vicarius pro ea sacrum, pro ea de s. Antonio legerat. Absoluto sacro venit ad illam exorcisandam, sub aspersione aquae benedictae adeo horrende et clamacose[4]) (sic) coepit agere, vt omnes praesentes aufugerent putantes, illam velle euertere totam sedem confessionalem et in mille partes confringere. Completo exorcismo facta sibi praesens[5]) sudorem extergens ac vestes componens maximas et immortales agebat gratias osculando pedes et terram, instanter petens, ne desereretur. Itaque hoc actu hospes ille auernalis, qui quinquennio ab exorcismo latuerat, sese prodidit. Hic fuit primus actus.

Secunda Junii reuertens altos ructus non ex solo quasi stomacho seu ventriculo sed ex omnibus quasi corporis organis prouenientes mittebat, vt audientes putarent, aliquod monstrum in ea esse, quod illi insidens impediebat respirationem et quasi suffocare nitebatur,[6]) interdum etiam vox humana in grunitum et latratum instar asini, porci et canis alterabatur,[7]) oculi semper, dum exorcisabatur, semiclausi[8]) et immobiles moribundam[9])

1) Die Handschrift: agressa; das Partic. ist hier passivisch zu nehmen.
2) se fehlt in der Handschrift.
3) Handschrift: afferetur.
4) Jämmerlich.
5) Nachdem sie zu sich gekommen.
6) Die Handschrift hat: nitebat.
7) Schlug um, ging über.
8) Die Handschrift: semiclausae.
9) Die Handschrift: moribundum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

notabant, facies rubebat, ore duntaxat a naso ad mentum et vtrasque genas vsque pallebat. Hisque circumstantiis visis, notatis et examinatis ad lineam libri exorcismorum ac regularum per rev. P. Petrum Marchant exorcistis[1]) praescriptarum energumena fuit tentata per aquam non benedictam, hostiam non consecratam, sacras reliquias illa non vidente a tergo applicatas, dum vnum prae alio nouerat discernere et ad quodlibet se alio et alio modo habere, illaque in dies magis magisque vexari, tunc tandem ad exorcismos legendos et ad coniurationes in daemonem ventum et decursis festis Pentecostalibus deo spiritui sancto sacris, sub quibus tantam in illa exercuit daemon fortitudinem, vt a 4 aut 5 robustissimis viris vel ante[2]) ad montem aegre admodum adduci vel sub illis illa[3]) contineri non potuerit, transiens septem stationes ad imam stetit immobilis, transire illas[4]) non valens et maxima vi raptata cum clamore et eiulatu transire debuit. Post festum corporis Christi spiritus malus adeo terribiliter eam vexauit, vt post s. communionem spatio vnius Ave Mariae adeo inaudita vociferatione ita[5]) infremuit, vt omnes exhorrescerent, qui erant praesentes in ecclesia, ita vt quatuor aut 5 robustissimi viri illam compescere et coërcere non potuerint. Posteaquam rumor istius daemoniacae non solum in ciuitate, sed etiam longe lateque[6]) sese diffudisset, illis diebus, quibus exorcizabatur, scilicet feria 3 et 6 factus est maximus concursus populi, vnde cum maiori feruore perrectum[7]) est adhibitis praeter exorcismos aliis mediis spiritualibus. Post prandium et ante non semel sed saepius notata est adeo vociferans et clamans, vt transeuntes et in horto nostro existentes, sicut etiam in viciniis iacentibus circa conuentum perfectissime audire potuerint.[8]) Et quod magis mirandum, illa sciuit existens in ciuitate Arweilleriana, quando P. Concionator exiuerit ex conuentu ad ipsam visitandam et quod iam hoc instanti transiret pontem fluuii Arae

1) Dat. Plur.
2) Heißt wohl: auch nur vorn an den Berg.
3) Die Handschrift: sub illis illam contineri non potuerint.
4) Die Handschrift hat: illam.
5) Ita ist undeutlich; über dem Wort liegt ein Dintenfleck.
6) Die Handschrift hat: lataeque.
7) Die Handschrift hat: perectum.
8) Die Handschrift hat: coram iacentibus conventum audiri potuerit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et quod ipse esset cum P. Guardiano in certa vrbis domo, vnde ex praesentibus duo dictam domum adierunt et secundum verba illius afflictae personae inuenerunt omnia. Inter alia matutino tempore aiebat: iam iterum vexor, iam iterum incipit mea miseria. Quare hoc? inquirebant assistentes. Respondit: quia P. Concionator iam accedit ad altare pro me oraturus. Mirum; ex praesentibus vnus, volens scire huius verbi veritatem, excurrit ex aedibus istis ad nostram ecclesiam et ita inuenit P. Concionatorem peruenisse ad medium sacri et hoc non solum, sed quam diu celebrabat, tam diu illa torquebatur.

Inter exorcisandum feria 3 latrabat instar canis, fistulabat instar venatoris cornu volentis suos canes aduocare. Quod[1]) multoties contigit tam in domo, vbi detinebatur, quam etiam in nostra et parochiali ecclesia. Unde rev. dom. Pastor prohibuit suis, ne vnquam ad parochialem ecclesiam adduceretur, inquiens illam delirare, fatuam et stultam esse, cuius quidem contrarium[2]) docuit euentus.

Inter exorcisandum quandoque frendens profitebatur, s. Antonium virgam esse et daemonum flagellum, homines, si scirent et noscerent, quantae virtutis suffragia[3]) essent nouenae in honorem tanti sancti assumptae, multo feruentius easdem frequentarent. Aliis hominibus etiam occulta reuelauit et maxime in quarundam puellarum praesentiam (sic) et pertinacem instantiam, quae postmodum per aliquot dies confusae curiositatem suam abunde[4]) satis deplorauerunt.

Ad haec ad instantiam nostrae daemoniacae indulta et data est ei sacra communio. Qua sumpta post vnum Ave Maria tam horribiliter ululabat et tam alte saltabat, quasi scamnum communicantium iunctis pedibus voluisset transilire, quinque viri illam statim apprehenderunt, vnus pedes, alter corpus, duo brachia personae, sicque illam portabant vociferantem ad portam siue ad domum locutoriam.

Absoluto diuino officio, quod semper durantibus coniurationibus vna hora maturius inchoatur, exorcismus subsecutus est,

---

1) Handschrift: Quot.
2) Handschrift: contrarius.
3) Die Handschrift: suffragiae.
4) Die Handschrift: abundae.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sub quo expositum aliquando venerabile. Inter coniurationes adhibuimus sulphurium fumum benedictum et rutam[1]) et diuersas reliquias sacras, sub quibus videbantur deficere vires, iterum vinum benedictum permixtum aqua benedicta et amuletho benedicto ad bibendum datum. Quare tandem violenter confessa veram et realem praesentiam Christi domini in eucharistia pronuntiando illa verba latine: Hoc est verum corpus dom. nostri Jesu Christi filii Mariae. Etiam saepissime fuit mutata, ita vt ad interrogata nullo modo respondere voluerit. Adhibito autem igne sulphureo benedicto tunc iterum ad interrogata respondebat.

Postea dum diu adiurata et sacris stolis quotidie percussa (est)[2]), ipsa scommatibus et blasphemiis instabat, vt desisteremus. Saepe dicebat: quid me vexatis adiurationibus et aliis rebus? Ego tamen vobis omnia dixi, quae a me petiuistis, nolite me vltra percutere, alias videbitis meam potentiam et fortitudinem. Vos vultis scire meum nomen, dixi vobis, quod meum nomen est Sathan, quod nomen reiteratis in dies coniurationibus 4 aut quinquies repetebat. Inde autem fictionis et fallaciae sumebatur suspicio, eo quod putabatur illud nomen Sathan ad omnes daemones esse genericum, hinc examinato isto nomine quaesitum (est) ab energumena, quid esset Sathan. Respondit: est Princeps irae, ille est, quia habet verbum, ille iam loquitur, ipse hic regit omnes alios sex, qui mecum sunt in hac persona, alii sex sunt quasi canes venatici, quibus tendo ad venationem.

Haec confessio contigit 16 Julii, a quo tempore singulis diebus ardentius et feruentius fuit exorcizata, sub exorcismis saepe incidit in deliquium animi, ita vt nullum daret signum vitae. Postea ad se reuersa accipiebat iterum habere intellectum,[3]) componebat sua vestimenta, circumstantes aspiciens amare flere incipiebat et lamentabatur suam miseriam omnesque astantes adhortabatur, vt abstineant ab ira, vindicta, imprecationibus et a se sumerent exemplum.

Quando iam rumor de hac daemoniaca venit per vniuersam terram, hinc plurimi peregrini et aduenae concurrerunt rogantes nos, vt liceret illis adesse et spectare actionem cum illa muliere,

---

1) Ein bitteres Kraut

2) est fehlt in der Handschrift.

3) Bekam sie wieder das Bewußtsein; kam sie wieder zum Bewußtsein.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quia saepe expulimus omnes ex ecclesia, quod postea ob nimium confluxum hominum non poterat continuari. In sequentibus exorcismis talem fortitudinem ostendebat, vt septem homines non potuerint illam tenere et supprimere, vnde cingulo sacerdotali illius pedes constringi[1]) fecimus. Quando iam ligabatur, vociferari incepit: illi sunt veri ferrei compedes,[2]) quibus constringor et allidor. Sub exorcismo, licet ligata pedibus et flexis genibus in capite altaris sederet, in momento in altum saltabat, vt supra pedes staret et a 6 vel 7 regi non potuerit. Hinc alii praesentes accurrerunt, qui cum magna molestia, labore et in sudore vultus alios iuuarent, vt personam iterum componerent ad flectendum. Reuera maxima erat miseria aspicere hanc tragoediam. Quando nimirum vexabatur exorcismis et adiurationibus, tunc erumpebat in graues maledictiones. Inter alias etiam haec dixit: Maledictus dies, quo intraui seu veni in domum huius Pridae seu berthae, maledicta tu, Schandpridt, tu es in causa, quod iam ita vexor, date mihi aliud vas, in quod[3]) possim ingredi, date mihi vnicum germen graminis, date mihi frustulum chartae vel vnicum pilum capitis, sed nihil ipsi concessum fuit, sed missus ad illum locum, quem deus ipsi determinauit. Et quod exorcista noster latine ab ipso petebat, hoc germanice respondebat, sicut saepe ab ipso petebat nomen in principio, quando quaesiuit de eius nomine, interrogauit exorcista ipsum, vtrum esset Lucifer. Respondit: non. Lucifer, aiebat, est princeps superbiae. Esne Mammon? — Respondit: non, Mammon est Princeps et dux auaritiae. Esne Asmodaeus? — Respondit: non, ipse est dux luxuriae. Esne Sathan? — Respondit: ita, ego sum Sathan, qui dominium hic habeo et responsum do, ego sum dominus caeterorum.

Tandem adiurationibus eo vsque coacta edixit diem liberationis, scilicet festum Portiunculae. Et dixit: s. Anto(nius) me prodidit, et Franciscus habebit honorem; in ipsius festo Portiunculae cogor exire cum omnibus aliis praesentibus et licet[4]) mille diaboli essent hic, debebunt in isto festo exire et hoc circa horam duodecimam diei.

1) Die Handschrift hat: constrigi.
2) Die Handschrift hat: compodes.
3) Die Handschrift hat: in quo.
4) Die Handschrift licent.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et pridie istius diei, quando exorcista fuit in sepulchro Christi, tum duo diaboli excesserunt, quod ipsemet Sathan in festo Portiunculae (dixit) coram summo altari in praesentia aliquot centenarum hominum tam ecclesiasticorum quam aliorum nobilium et saecularium vtriusque sexus, quod nobis magnam spem causauit de foelici liberationis plenariae[1]) successu.

Et in festo Portiunculae quasi tota patria cucurrit ad videndum finem liberationis. Ecclesia erat repleta hominibus, dormitorium, sepulchrum Christi et supra fornicem ecclesiae stabant homines, imo in faenestris (sic) iacebant plurimi, vt possent energumenam videre.

Absoluto diuino officio praeuia admonitione facta, vt omnes coram deo sese prosternerent et deuote Pater noster et Aue orarent pro liberatione impetranda, omnes homines in ecclesia tam distincte, tam alte et deuote inceperunt orare, vt maxima pars hominum commota fuerit in lachrimas, vt plurimi primarii domini tam ecclesiastici quam saeculares et regulares sese non potuerint cohibere a lachrimis. Hac die Portiunculae durauit exorcismus per tres horas et vltra, ita vt ferme desperatnm fuisset de ipsius liberatione; tandem iterum atque iterum petitae fuerunt preces omnium praesentium et adhibitus fuit ignis sulphureus et sumpto venerabili sacramento exorcista adiurauit daemonem his verbis:

Adiuro te in nomine ss. trinitatis etc., quare tu, infernalis bestia et mendax Sathan, non vis discedere, sicut heri dixisti et mihi promisisti, quod velis circa[2]) horam 12 discedere? Tu es pater mendacii.

Respondit iam statim: tres discesserunt et exierunt et ego solus adhuc sum hic, iam[3]) iam in instanti abibo et exibo et debeo pro valedictione[4]) illam adhuc semel affligere,[5]) ita vt cadat in deliquium animi, tunc discedam et amplius tam facile ad ipsam non introibo.

Quod dixit, fecit. Persona illa vexata et fauces eius obstructae fuerunt, vt non potuerit repirare et ob obstructionem

1) Die Handschrift: plenarie.
2) Handschrift: circam.
3) Vor iam steht in der Handschrift respondit.
4) Zum Abschied.
5) Die Handschrift hat: affligari.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

faucium tota facies nigra facta est et in tale deliquium cecidit, vt videretur mortua. Tandem ad se rediens et flectens in gradibus summi altaris humido ore instar alicuius tibicinis insufflantis tubam clausis oculis rubra facie magnum clangorem emittebat. Et hoc tribus vicibus et post vnumquemque clangorem siue explosionem explosus etiam fuit malus spiritus.

Hunc clangorem siue explosionem audiuerunt non solum praesentes, sed et absentes, imo extra limites conuentus in vineis et montibus pecora sua pascentes et hoc media hora a conuentu hunc[1]) fragorem siue explosionem audiuerunt, qui attoniti steterunt nescientes, quid in monte Caluariae ageretur, inquisiuerunt postea ab aliis, quidnam iste fragor et terribilis sonus denotaret. Responderunt: Nos etiam illum audiuimus, sed nescimus, quid denotet et vnde causatus fuerit.

Post hunc fragorem denuo terribiliter a daemone agitata, ita vt iterum in deliquium inciderit. In hoc deliquio magnus foetor in ecclesia causatus fuit, ita vt nares suas obstruxerint nescientes, vnde ille foetor veniret. Nos videntes illius personae debilitatem corporis et animi deliquium lauimus organa capitis aceto, vino, vt tandem ad se rediens aduerterit plenam liberationem[2]) et dixit: Deo sint laudes, liberata sum. Illa autem totaliter viribus destituta, vt pedibus stare nec incedere potuerit, ab aliis viris portata est ad ciuitatem ad aedes illius, in qua per tres dies iacuit infirma et debilis, vt vix aliquid nutrimenti sumere potuerit. Octaua die Augusti post liberationem ascendit illa ad montem et praemissa confessione et sacra communione egit gratias deo pro liberatione et nos absoluto sacro pro gratiarum actione cantanimus: Te Deum laudamus cum consuetis collectis.

P(ost) S(criptum). Quod maxime notandum est, sub discessu Sathanae illi, qui erant in choro, putabant, quasi magna multitudo et exercitus muscarum cum maximo impetu et sibilo transuolasset, per quod totaliter exterriti.

Qui vero in sepulchro Christi infra ecclesiam erant[3]), excurrerunt ex sepulchro. Alii, qui fuerunt supra fornicem ecclesiae prae foetore non poterant ibi durare, hinc cum magna celeritate

1) Die Handschrift hat: hanc.
2) Die Handschrift: liberatio.
3) erant fehlt in der Handschrift.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a fornice descenderunt ad dormitorium et isto die a naribus istum conceptum foetorem excutere non potuerunt, sed per aliquot dies totaliter pallidi, turbati et consternati aparuerunt, cumque ab aliis desuper inquirerentur, quidnam ipsis deesset, nihil responderunt, vsque dum ab aliis cognouerimus, quod supra fornicem ecclesiae fuissent. Ita testantur omnes, quotquot fuerunt praesentes, vti latius patet in archiuo.[1])

In festo exaltationis s. crucis turbata fuit deuotio propter Gallos.

Dominica I adventus fuerunt pauci poenitentes, etiam non fuit habita concio propter exiguum auditorium, quod adscripsimus tum inquartiriatis in oppido militibus tum etiam nivium altitudini.

Annus 1689.

In festo circumcisionis domini fuit exiguus accursus populi ad ecclesiam nostram ob timorem Gallorum militum, qui eadem die in numero satis copioso ex mont Real advenerunt ad oppidum Arweileranum in eodem pernoctaturi et post prandium non fuit habita consueta concio et quia postridie dominica scilicet prima Januarii, in quam cadebat archiconfraternitas s. chordae, iterum ex oppido discesserunt Bonnam relictis tamen in eodem praesidiariis, denuo fuit exiguus accursus. Dominica quinquagesimae non fuit in ecclesia nostra habita concio tum ob continuum accessum et discessum militum tum etiam ob fractionem pontium (Ara fluvius in nocte festum Agnetis praecedente vtrumque pontem sustulerat).

28 Aprilis per Ministrum Generalem rev. P. Marcum de Zarsosa mittebantur patentes per totum s. ordinem, quibus omnibus et singulis conventibus provinciarum intimabatur luctuosa et praematura mors reginae catholicae Mariae Ludouicae et in iisdem mandabatur, vt pro eiusdem animae refrigerio praeter summum solemne sacrum omnes et singuli sacerdotes sacrum, clerici officium defunctorum, laici rosarium cum sacra communione recitarent.

---

1) Kinkel sagt, daß die Franciscaner aus dem Exorcismus ein Gewerbe gemacht. Es kommen aber nur einige wenige (wenn ich nicht irre, zwei) Beispiele in der Chronik vor, die gewiß keinen einzigen Fall verschweigen durfte.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

4 Maii per rev. admodum Patrem Ministrum provincialem mittebantur patentes per totam provinciam, quibus intimabatur similiter luctuosa et praematura mors serenissimae Archiducissae Austriacae Mariae Annae Josephae Augustissimorum Imperatorum Ferdinandi III gloriosissimae memoriae filiae, victoriosissimi Leopoldi primi sororis ac serenissimi Principis Electoralis Palatini dilectissimae coniugis. Fratribus idem pensum imponebatur quod supra.

Anno 1688 29 Sept. milites Galli venerunt ad oppidum nostrum Arweileranum et tam equites quam pedites manserunt in eodem praesidiarii vsque ad 1 Maii sequentis anni 1689 novis et novis regiminibus alternantibus, etiam diebus quasi singulis aliis cohortibus vel Maja[1]) vel Andernaco vel ex Monreal vel aliunde per hasce partes Bonnam aut rursum Bonna ad praetacta loca transeuntibus et semper vna nocte ad minus in oppido nostro commorantibus, qui omnes et singuli tametsi toto illo tempore a civibus benevolentissime fuerint recepti ac praeter praesidiarios in cibo et potu non more militum sed magnatum lautissime et iuxta cordis desideria accommodati, quidnam tandem contigit? In fine laborum: Undanck. Circa finem Aprilis omnium ipsis praestitorum beneficiorum immemores non tantum coeperunt deiicere muros ac portas ciuitatis, verum etiam, quod peius erat, 1 die Maii quartam intra et quintam vespertinam civitatem ipsam incenderunt, quatuordecim[2]) domibus iam totaliter in cineres redactis promittebant quidem civitatem iam ab vlteriori incendio fore liberam, vnde non tantum cives, verum etiam fratres nostri mox maximo cum labore ignem adhuc grassantem conabantur exstinguere, ast ipsi, dum ita loquerentur pacem cum civibus et incolis, mala meditabantur in suis cordibus, eo enim tempore, quo cives laborabant in exstinguendo igne, ipsi plateas circumcursitantes et aedes laborabant pro acquirendis spoliis et quidem cum tali aviditate et furia, vt multi civium atrociter percuterentur, etiam vnus eorum in sinistro latere gladio transfossus et quidam alius in capite misere vulneratus fuerit, vterque cum vitae periculo, virorum ac mulierum marsupia visitabantur cum extorsione pecuniae. Domibus iam ita exspoliatis necdum quiescebat furor eorum, sed altera die, quae erat II Maii praeter domus qua-

1) Majen.
2) decim ist von späterer Hand beigeschrieben.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tuordecim[1]) iam pridie vesperi exustas totam incenderunt civitatem, a quo incendio quidem decem circiter domus tantum, ast ipsa ecclesia non mansit libera, sed tectum eius cum tecto turris eiusdemque campanis, quarum erant octo, tresque ex iis satis grandes, igne fuerunt absumpta, ita vt paucis referendo eorum gratia civibus promissa tota fuerit fallax et hi bini dies civibus ac incolis Arweileranis multum fuerint infortunati; nil enim nisi miseranda facies civitati eorum remanebat.

Neque nos ipsimet in eorum discessu ab ipsis mansimus liberi, quamquam conventus manserit liber ab incendio, tamen non mansit liber a praeda, nam neque attendentes immunitatem ecclesiasticam neque respicientes salvam Guardiam, quam P. Bartholomaeus Cox ex mandato v. P. Guardiani paucis diebus ante in typo Bonna attulerat, nec moti demum statu nostrae paupertatis sustulerunt ex granario nostro 85 maldera siliginis. Deus nos vlterius liberet et praeservet ab intolerabili ipsorum furore ac iugo.

Annus 1690.

In festo epiphaniae cum dominica infra octavam servabatur archiconfraternitas, die lunae hanc dominicam immediate sequente Galli inopinato venientes ex monte regio cum quinque circiter centuriis ad hasce partes eodem die non tantum diversa loca incinerarunt, vtpote oppidum Aldenar, Ober- et Nider-Holtzweiler, Vettelhoven, Gelstorff, grossen Aldendorff, Ersdorff, Eckendorff, Adendorff, Artzdorff, Fritzdorff, Sommersbergh, Oeverich, Niderich, Birresdorff, Limersdorff, Bengen, Carweiler, Landershoven, non inquam praedicta loca tantum incinerarunt, verum etiam effractis ostiis ecclesias, inter quas etiam ecclesia parrochialis Arweilerana, saecularibus et sacris bonis ipsosque ecclesiasticos specialiter admod. rev. dominum Petrum N. pastorem in Gelsdorff vigilantissimum clericali habitu exspoliarunt et privarunt et quamquam conventus noster eodem die in mille fuerit constitutus anxietatibus et periculis non tantum exspoliationis, verum etiam incendii, ista vice tamen dei gratia evasit liber; deus ter optimus eundem vlterius conservet.

Circa haec tempora (Dominica 7 post penthecosten) ex prae-

1) decim ist auch hier wieder übergeschrieben.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fato exercitu Capitaneus aliquis, qui in festo visitationis b. Mariae virginis divinis in ecclesia nostra interfuerat, postridie venit ad conventum petens loqui ven. adm. P. Guardiano et conquerens se amisisse annulum aureum in vel extra ecclesiam nesciens; constituit itaque sacra aliqua in honorem s. Antonii Paduani, quibus lectis post triduum circiter innotuit, eundem a muliere quadam ex civitate intra ostium ecclesiae nostrae fuisse repertum, a qua eundem et recepit.

Eodem tempore Colonellus aliquis, cuius fratri ab aufugiente quodam milite, vt suspicabantur, bis mille imperiales fuerant ablati, constituit sacra aliqua in honorem eiusdem sancti, qui ab insequentibus non longo post captus, non tantum omnem pecuniam 10 circiter imperialibus, quos consumpserat, exceptis, coactus fuit restituere, verum in laqueo sceleris sui poenas dedit.

Circa hoc tempus (Dominica II et III adventus) in hoc conventu sicut et vicinis locis notatus fuit singularis tremor terrae, quidnam autem ipse designabit, ille scit, qui terram tremere fecit.

Annus 1691.

Hoc anno dominica prima Septembris in hoc conventu celebrata fuit I solemnitas canonizationis s. Joannis Capistrani et Paschalis Baylon et fuit maximus concursus populi.

Annus 1702.

Cum ex incautis et inutilibus scriptionibus maxime periculosissimis hisce bellorum temporibus sacer ordo ac alma provincia nostra in communi et fratres in particulari confundi, periculis multis exponi, principes et magnates offendi aliique, in quorum manus forte inciderent literae legendae, prout tempore belli fieri consueuit, quando saepe nonnisi apertis literis permittitur transitus, scandalizari possent, hinc est, quod omnibus et singulis patribus ac fratribus observantiam accuratam statutorum provincialium cap. 4. par. 10 (?) districte praecipere cogar et quidem praeter alia in dicto paragrapho contenta observentur.

Primo ut nullus pater aut frater (exceptis, qui sunt actualiter discreti provinciae, quorum literas nec proprius nec guardianus aliorum locorum aperiunt) litteras alio destinet, nisi prius a superiore loci lectas et ordinario conventus sigillo clausas, nec fr. portarius illas aliter expeditas dirigat aut aliunde receptas ulli ex-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ceptis praedictis tradat, nisi prius superiori loci exhibuerit, qui ad placitum eas aperire et legere possit.

Secundo patres etiam supra excepti sigillum ordinario provinciae et conventuum sigillo conformi usurpent.

Tertio scribendo omnes sint providi nec scribant amarius vel clarius de defectibus aliorum etiam ad superiores.

Quarto sub poena domus disciplinae prohibetur ne ullus pater aut frater scribat de negotiis publicis principes vel milites concernentibus.

Annus 1703.

Feria quarta post pascha fecit professionem tertiae regulae rev. et perillustris liber Baro Bernardus de Bukler equestris et praepositus et pastor in Aldenahr ante summum altare.

Annus 1707.

In ipso festo s. nominis Jesu valediximus sacello in sylva prope Rheimbach, patres inibi commorantes cum omni suppellectili etc. revocati sunt ad hunc conventum.

Annus 1709.

Die decima quinta Aprilis Guardianus Antonius Beutgen posuit primum lapidem pro nova imfirmaria.

Maldrum siliginis constabat 23 florenis, tritici decem imperialibus, avenae 4 dahleris.

Annus 1711.

Hoc anno in mense Maio post Joannis fabricatus pulcherrimus pons lapideus supra Ahram. Primum lapidem posuit clariss. dominus Gruben consul actualis cum scabinis, quem benedixit ven. adm. Pater Apollinaris Polterstorff Guardianus.

Hoc anno fuit copiosa vindemia et bona sicut et matura. Apparuerunt uvae maturae circa finem Julii, in Augusto plures. Accepimus, deo sint laudes, bonam portionem, ahma constitit in Walportzen (sic) 11 imperialibus in specie, tali pretio etiam apud multos in civitate, album 9.

Annus 1712.

Hoc anno fuit copiosa vindemia ubique, vinum album in aliquibus locis vicit generositate rubellum, quod fuit in copia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

magna, ita ut etiam seniores vinitores non meminerint tantam copiam rubelli a 60 annis. Constitit ahma rubelli in Walportzheim 9 imperialibus solummodo et infra.

Annus 1713.

Dominica 5 post epiphaniam celebravimus per octavam solemniter canonizationem s. Catharinae Bononiensis[1]) cum plenariis indulgentiis per totam octavam; dominica septuagesimae processio solemnis deducebatur etc., talem solemnitatem hic nunquam viderunt. Ultra 50 pondo vel librae pulveris nitrati consumpta sunt, praeterquam quod consumpserunt adolescentes ex sclopetis. NB. sub mensa prandii, quando bibebatur sanitas serenissimi electoris Coloniensis Josephi Clementis datum est salve solemne ex omnibus cameris positis prope murum hortus (sic) versus refectorium, uti et sub sanitate sive prosperitate senatus et conventus nostri cum satisfactione et recreatione praesentium singulari. Deus retributor omnium bonorum per intercessionem s. Catharinae Bononiensis retribuat hanc devotionem senatus et omnium benefactorum in spiritualibus et temporalibus. Amen.

In die animarum servare (in)cepimus ieiunium indictum ab illustrissimo capitulo Coloniensi tribus diebus servandum cum precibus et expositione venerabilis ad avertendam contagionem pestis, ieiunabatur tota die stricte usque ad sextam vespertinam, etiam in civitate hac et aliis parochiis videre fuit magna devotio.

Annus 1718.

Hoc anno optimum ad Ahram fuit vinum, cui simile secundum seniorum dicta non fuit in 30 annos.

Ab anno incarnationis domini 1714 usque in annum 1718 9 Decembris inclusiue omnia notabilia revisa et calculata Treviros ad v. P. Joannem Polius provinciae chronistam sunt transmissa, tum in tum extra conventum poenitentium confessiones (quas inter circiter 50 generales fuere) exceptae 150,000, communicantes in conventu 100,000, baptizati infantes 30, aegrotis datum sacrum viaticum cum extrema unctione 40, matrimonio copulati 15, conciones habitae 300, confraternitates factae chordae in et extra conventum 250, ad eandem assumpti 500, confraternitas immaculatae conceptionis in conventu servata centies. Catecheses ser-

1) Die in der Chronik weitläufig beschriebene Festlichkeit wird hier abgekürzt.

vatae 200, processiones advenere 105, ad orthodoxam catholicam fidem conversi duo venatores et quidem unus domini liberi Baronis ex Gudenaw et alter domini liberi Baronis de Putzfeldt.

Annus 1719.

Prima Augusti fuit talis pluvia in Heppingen, dass die maur vom garten vicesatrapae vom wasser vmbgeworffen, die stein 25 schritt hinweg getrieben, die Allee auss der erden geworffen, die Pöst auss dem garten biss nach Lörsdorf getrieben, dass Pavi-ment domus satrapae auffgehoben, zwei Knechten haben sich auff die baum salvirt, die Amptsverwalterin mit Angreiffung eines Nass (Ast?) an einem Baum sich kummerlich salvirt so lang, biss sie endtlich durch Hulff vnd Darreichung ist errettet worden, uno verbo, es ist sehr erschröcklich vnd erbarmlich zuzusehen gewesen. Der schoner Garten ist gantz ruinirt.

A pastore civitatis hoc tempore baptizatus est[1]) Judaeus et vocatum est nomen eius Laurentius. Fuit autem extraneus et fuit uxoratus et ludi magister puerorum iudaeorum huius civitatis.

Annus 1720 et 1723.

17 Septembris 1720 in festo stigmatum honestus vir Christophorus Heinen arte sua faber lignarius Berlino electoris serenissimi Brandeburgici residentia oriundus Lutheranismum abiurauit et veram et salvificam catholicae Romano-apostolicae ecclesiae fidem assumpsit et professionem emisit.

Die 11 Octobris 1723 promulgatae fuerunt patentes Bonna transmissae, quibus omni remissa poena in apostasia contracta intra quatuor menses omnibus apostatis ad suam quisque provinciam libera et impedita redeundi facultas ac licentia elargita fuit.

Annus 1725.

Die 6 Martii ex commissione rev. domini nuntii apostolici v. adm. P. Guardianus noster in ecclesia civitatis Arweilerensis benedixit duas campanas.

Annus 1727, 1728 et 1729.

18 Novembris spoliata fuit ecclesia parochialis in Arweiler 5 calicibus, 2 ciboriis, 5 reliquiariis, duobus pectoralibus et thu-

1) Die Handschrift hat: et.

ribulo, omnia et singula ex argento elaborata et auro potissima ex parte condecorata vasa exstabant.

Investiti sunt habitu tertiae regulae a. praenob. 1728 et clar. dom. Marcus Engelbertus Delhaes vicesatrapa in Aldenahr; praenob. et multum virtuosa matrona Maria Catharina Severini condicta Delhaes, praefati dom. amantissima coniux; praenob. et ingenuus Joannes Franciscus Delhaes s. theol. candidatus, filius.

18 Aug. 1729 P. provincialis Fenger visitavit hunc conventum et inter alia innovavit praeceptum de non comedendo et bibendo in civitate Arweileriana ac insuper inhibuit, ne comederent et biberent in fossa civitatis praedictae et qui contra hoc facere attentaverit includendus esset domui disciplinae et ex ea non dimittendus, donec ipse r. P. Provincialis ordinaverit, qualiter ulterius cum tali delinquente procedendum sit.

20 Octobris incepimus in horto nostro uvas colligere.

Annus 1737.

Ven. admodum P. Guardianus Daniel Schulten curavit fieri pulcherrimam statuam s. P. nostri Francisci, quae ante festum Portiunculae erecta fuit et posita supra portam ecclesiae nostrae, largam eleemosinam contribuerunt pro hac erigenda statua praenobiles domini d. Constantinus Gruben syndicus statuum nobilium Coloniensium et dom. Delhais[1]) vicesatrapa et receptor in Aldenahr.

Annus 1739.

Notandum dignum, quod die 16 Januarii maxima hic fuerit visa inundantia aquarum et quidem talis, qualis etiam a senioribus civibus civitatis Arapolitanae, imo a memoria hominum nunquam visa fuit. Ahra enim stante illa abundantia sese extendebat non tantum usque ad portam, quae dicitur Ahrport, sed etiam existebat aliquantulum in civitate cum maximo periculo et timore inhabitantium, maxime autem deplorandum est, quod inundantia illa aquarum defecerit pontem lapideum versus Ahra portam.

Annus 1741.

Mense Julio P. Godefridus Langen concionator et P. Dionysius Odenthal duos fures, patrem cum filio, qui de nocte ali-

1) Der Vorname ist nicht angegeben.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cuius viduae aedes infregerant, ad ignominiosam patibuli mortem subeundam disposuerunt, qui et 20 currentis ex Aldenar a praedictis Patribus educti in eodem suspensi coram ingenti hominum multitudine optime dispositi ac in voluntatem dei et superiorum resignati vitam finierunt.

Dominus Feldmuller anno priori artificiosi pontis fundamenta fecit, hoc vero anno in Septembri perfecit et erexit in eo duas statuas, unam repraesentantem immaculatam virginis Mariae conceptionem, alteram s. Joannis Nepomuceni mart. NB. quod dictae statuae erectae fuerint in praesentia cleri et populi processionaliter congregatorum, etiam tertia vice explosa fuerunt sclopeta aliaque laetitiae instrumenta. His finitis sub compulsatione campanarum et decantatione hymni s. Ambrosii et Augustini redierunt ad ecclesiam, in qua sacro solemni haec solemnitas fuit finita.

Praenobilis ac clarissimus d. Beckers civitatis consul actualis primum posuit lapidem, expensae praeter ligna, lapides, vecturas et in aere currunt ad 4000 imperiales.

Mense Septembri advenerunt copiae gallicae ad defendendam hanc et adiacentes patrias, scilicet Juliacensem et montensem.

Annus 1744.

Die 21 Januarii generosus dominus dom. de Wengen a ser. archiepiscopo Clemente Augusto utriusque Bavariae duce etc. praefectura Arweileriensi donatus hac ipsa die solemni civium applausu reboantibusque tribus vulgo Bolderen seu Katzenköpff investituram suscepit et possessionem adivit. Quo facto ille idem L. Baro et praefectus Arweileriensis sub summo sacro stipatus 3 dom. dom. consiliariis aulicis, consulibus huiatis civitatis ac senatoribus templum nostrum ingressus pie pariter et devote summo sacro interfuit ac in prandio una cum memoratis omnibus dominis mensae nostrae opipare a magistratu nostro instructae interfuit cum plenaria sui totiusque comitatus sui satisfactione, reboantibus sub mensa saepissime iisdem tribus Katzenköpff, festivitatem hanc solemnizavit ac perfecit noster P. Concionator P. Godefridus Langen Brulensis ingenioso hocce applausu poetico:

AppLaVsVs DeVotIssIMVs eX InterIore propVLLVLans
Generoso strenuo Illustri ac Excellentissimo Domino D. Friderico,
Florentio, Theodoro, Joanni, Rabano L. B. de Wengen,
S. Caesareae Maiestatis Chiliadis pedestris Generali Majori,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

serenissimi ac rev. Archiepiscopi et Principis Electoris Coloniensis Consiliario status Chiliadisque pedestris Chiliarchae nee non super omnes copias castrorum praefecti supremo vicario, domino in Beck etc. etc.,

Dum qua praefectus Vrbis Arweilerianae a. 1744 die 21 Jan. investituram solemnissime capesseret,

Jn RespeCtVs et ReVerentIae signIfICatIoneM a tVrba el DeVota eXhIbItVs.

Neo-PraefeCtI SortItIo et JpsIVs soLeMnIs
JnstItVtIo eXsVperat faCILe et Coronat
Caeteras VrbIs ArapoLItanae feLICItates.

Gaudeat Arapolis patriae decus atque corona,
Urbs ovalis ovet, sic dubio absque decet,
Urbs nimium felix et fortunata sat apto
Prae reliquis multis aedificata loco.
Nam perbella loci situatio noscitur inde,
Si W quinque suis civibus ipsa dabit.
Wein, Wasser, Wiesen, Weitzen, W quattuor haec sunt,
W quintum[1]) intactum praeteriisse volo,
Si de dulcifluis oriatur questio botris,
Res est clara nimis nec dubitare licet.
Montes et colles tot sunt, mihi credite, testes,
Qui licet elingues testificantur idem.
Ara ministrat aquam sanam satis atque suavem,
Quae dulci strepitu labitur atque fluit.
Ducitur hinc multa percommodus arte canalis,
Urbem qui placidis lambit et ambit aquis.
Iste molendinis septem servire rotandis
Debet et in cunctis usibus esse solet.
Quid memorem decuplo florentia gramine prata,
Hinc trahit omnigenum pabula grata pecus,
Hic fixisse suam sedem Dea Flora videtur,
Huc veniunt Musae dulcisonare melos,
Hic miscere iocum pariter quandoque licebit
Cum Cerere et Baccho, sed procul esto Venus.
Triticeae messis nemo quoque commoda nescit,

1) Am Rande steht mit rother Dinte: Weiber.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nam tellus cunctis frugibus apta manet.
En jam W quatuor retuli satis atque probavi,
Queis Urbi nostrae sors benedicta favet.
Transeo W quintum nec enim mihi tangere fas est,
Tangere si vellem, W mihi forte foret.
Sed resonet plausus, Urbs terque quaterque beata,
Cum jam W sextum te magis ecce beet,
Si nescis, dicam, Wengen est, gratia cuius
Addit fortunae puncta suprema tuae.
Hic Praefecturam pro te jam prendit et in te,
Quando hodie coepit munus adire suum.
Heus bone! quam dignus tales assumere fasces!
Ejus nunc Urbem cura paterna reget.
Ipse tibi praeerit praesens absensque fauebit
Quae prosunt, quaerens, quae nocitura, cavens.
Urbs igitur gaude gratesque rependе Datori,
Cum tibi de tanto providet ipse Viro.
En Augustus is est nomine et omine Clemens
Magnificus Praesul, Dux Patriaeque Pater
Huic obstricta manens grates persolve perennes,
Utque diu vivat, grata precare Deum.

Mons CaLVarIae noVo PraefeCto CongratVLans eXIgVo hoC VersV aCCInIt. [1])

Quam grati autem atque accepti fuerint dicto domino Praefecto hi iam descripti versus, satis inde patet, quod petierit ter sibi describi, unam enim descriptionem serenissimo daturum dixit. Quin imo praestitis descriptionibus petitis continuo ad patrem nostrum spiritualem duas misit pistoletas pro eleemosina, humillimas insuper referens gratias pro honore et affectu sibi exhibito.

Circa initium mensis Februarii conventus obtinuit a magistratu huius civitatis facultatem ac licentiam in scriptis authenticis cum sigillo deducendi venam fontis scaturientis uersus montem vulgo Klotzbahn dictum, ut scilicet praedictam scaturiginem seu venam occludere ac ad conventus nostri necessitatem huc deducere possimus ob evidentem aquae vivae et saepius etiam stagnantis necessitatem.

1) Darauf folgt die Gratulation der Mönche auf dem Calvarienberge.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Annus 1745.

Mense Augusto post tot vota ac suspiria, post tot labores ac impensos sumptus hac tandem die, nona scilicet huius, suprema manus aquae ductui applicata est neque ad oblectandos oculos seu ad curiositatem fovendam, sed primo et primario ad inevitabilem necessitatem sublevandam vena aquae salientis ad hunc montem deducta fuit. Principalis huius fontis ductor et director nomine Mathias Schall coelebs ex pago Walberberg.

Die 2 Septembris serenissimus noster archiepiscopus Clemens Augustus utriusque Bavariae dux etc. dedicavit sacellum s. nominis Jesu prope Rheinbach incredibili solemnitate, nam ad hanc dedicationem invitati fuerunt et convenerunt ultra 36 diversarum parochiarum processiones, nam et Arweileriana parochia processionaliter illuc ivit.

Annus 1747.

6 Martii solemniter baptizata est in ecclesia nostra maior campanula nova ex Wallportzheim in nomine s. Josephi et Sebastiani, praesentibus dominis scabinis ciuitatis Arweilerianae, qui cum sancta communitate laute a Wallportzheimensibus sunt tractati, a P. Godefrido Langen pro tempore Guardiano montis huius Calvariae.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Bemerkungen zu der Chronik des Calvarienberges.

Die Chronik des Calvarienberges bildet eine wichtige Quelle für die Geschichte des Ahrthales, für das siebenzehnte Jahrhundert ist sie geradezu die Hauptquelle.[1]) Sie geht zwar nicht hoch in die Vergangenheit hinauf, aber es ist eine verkehrte Ansicht, daß die letzten Jahrhunderte mit den entfernteren nicht sollten gleichberechtigt sein. Da es in der Geschichte gilt, für die Gestaltungen und Formen der Gegenwart in der Vergangenheit die Fäden aufzufinden, so bilden wahrlich in der Kette der Entwicklung die der Gegenwart zunächst vorangehenden und dieselben bedingenden Jahrhunderte nicht die unwichtigsten Glieder. Wenn unsere Chronik zunächst eine locale Bedeutung hat, indem sie über den Calvarienberg, Ahrweiler und die benachbarten Ortschaften rings umher Nachrichten der verschiedensten Art, namentlich auch culturgeschichtliche, das Volksleben an der Ahr wiederspiegelnde Mittheilungen bringt, so greift ihre Bedeutung dadurch weiter, daß sie die Kriegszüge und Kriegsereignisse der beiden vorigen Jahrhunderte treu und manchmal ganz detaillirt erzählt. Das Ahrthal theilt die Schicksale des westlichen Deutschlands; kein Gewitter hat sich, wie Kinkel sagt, über diesem Lande entladen, das nicht wenigstens mit Einem Blitze die Felsgeschiebe des Ahrthales beleuchtet hätte.

Zunächst haben wir eine lebhaft und mit Wärme geschriebene Schilderung der Behandlung der Stadt Ahrweiler und Umgegend durch Turenne gegen Ende des dreißigjährigen Krieges, im Jahre 1646. Dieser berühmte General zog durch das Ahrthal, um sich im Hessischen mit dem schwedischen General Wrangel zu vereinigen. Anfangs ent-

1) Die Ahr, Landschaft, Geschichte und Volksleben von Gottfr. Kinkel. Vorrede XI.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

schlossen sich die Ahrweiler zur Vertheidigung, steckten aber bald, im Gefühle ihrer Ohnmacht, die weiße Fahne aus. Turenne nahm die Schlüssel der Stadt in Empfang und verhieß Gnade; er brach aber sein Wort, seine Soldaten verübten die ärgsten Frevelthaten.

Von dem Kampfe, welchen die Pfalzgrafen und die Kurfürsten von Brandenburg über die reiche Erbschaft des Herzogthums Jülich, Cleve, Berg führten, wurde das Ahrthal auch berührt. Im Jahre 1651 am 31. October zog der Herzog Karl von Lothringen dem katholischen Pfalzgrafen zu Hülfe; eine in der Nähe von Ahrweiler, also auf neutralem kurkölnischem Gebiete, plündernde Reiterschar veranlaßte einen Kampf mit den Bürgern dieser Stadt, für welche der Ausgang ohne Zweifel sehr blutig geworden wäre, wenn nicht ein friedliebender Oberst sich ins Mittel gelegt hätte.

Erst recht unglücklich wurde das Ahrthal durch die Raubkriege Ludwig's XIV. Daß die Kurfürsten von Köln sich an den Reichsfeind, die Franzosen anschlossen, haben die Unterthanen schwer büßen müssen. Erst ließen sich die Franzosen im Erzstift nieder, haus'ten aber als wären sie in Feindesland; dann aber kamen die Feinde, Holländer, Spanier und Kaiserliche. Bonn namentlich litt sehr viel. Zu Allerheiligen des Jahres 1673 erschienen Holländer unter dem Prinzen Aurich vor Rheinbach. Die Einwohner reizten dieselben durch eine hartnäckige Vertheidigung. Die Stadt wurde erstürmt, erfuhr eine schwere Behandlung und wurde etwas später zur Hälfte niedergebrannt. Ahrweiler kam noch ziemlich gut davon. Dagegen wurden sämmtliche Schlösser und Ortschaften in der Umgegend mit Ausnahme von Landskron, Adendorf und Remagen ausgeplündert und verwüstet. Nachdem Bonn gefallen und der Kurfürst Max Heinrich mit dem Kaiser Frieden geschlossen, wurde sein Gebiet wie erobertes Land behandelt. 1676 lagen in Ahrweiler Holländer und Lüneburger, der Gottesdienst fiel oft aus, um die Andersgläubigen nicht zu reizen.

Im folgenden Jahre drangen wieder die Franzosen ins Ahrthal ein; die Landskron wird verbrannt und fünf Jahre später vom Pfalzgrafen von Neuburg, um sie nicht zum Stützpuncte für die Feinde werden zu lassen, geschleift. Als endlich der Nymweger Friede dem Erzstifte 1678 Ruhe brachte, lag das Land verwüstet, die Sitten waren verwildert. Als die eigenen kurkölnischen Soldaten Ahrweiler passirten, um dem Kaiser nach Ungarn zu Hülfe zu ziehen, hatte man nicht den Muth, das Fest der Bruderschaft s. chordae zu besuchen.

Bei der streitigen Bischofswahl im Jahre 1688 besetzte Ludwig XIV.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

wieder das Erzstift; der von Kaiser und Papst verworfene Wilhelm von Fürstenberg gab sich ganz in seine Hände. Im Trier'schen an der Mosel, bei Traben, baute sich Ludwig eine Festung auf einem Felsen mit dem stolzen Namen Königsberg, Montroyal, der in der Chronik häufig genannt wird. Von hier meist ausrückend erschienen immer neue Scharen von Franzosen in Ahrweiler; dies dauerte fort vom 29. September 1688 bis zum 1. Mai 1689. Um diese Zeit wurden nämlich die politischen Verhältnisse für Ludwig sehr ungünstig. Alles mit Ausnahme der Türkei wandte sich gegen ihn. Er mußte an vier verschiedenen Stellen schlagen. Er verfolgte in dieser Noth eine entsetzliche Zerstörungspolitik, namentlich an den Gränzen Frankreichs. Wie die Franzosen in der Pfalz gewüthet, ist berühmt geworden. Was sie am Niederrhein verübt, ist weniger bekannt. Wie die Franzosen mit Ahrweiler umgegangen, die hier nicht wie Soldaten, sondern wie große Herren (magnates) waren aufgenommen und bewirthet worden, erzählt die Chronik unter dem Jahre 1689 mit Entrüstung. Im Jahre 1702, wo der Kurfürst Joseph Clemens sich auf französische Seite schlug, wurde abermals das Erzstift von den Franzosen besetzt.

Der größte Theil der Chronik ist natürlich dem Calvarienberge gewidmet, aber die Geschichte des Calvarienberges ist, was das religiöse Leben angeht, zugleich die Geschichte der Ahr. Daß aber das religiöse Leben an der Ahr in ungemeiner Blüthe stand, bezeugt jede Seite der Chronik. Die Gründung des Klosters auf dem Calvarienberge ist daher das bedeutendste Ereigniß in der späteren Geschichte der Ahr.[1]) Die Gründungsgeschichte des Klosters auf dem Calvarienberge von der Zeit an, wo ein deutscher, von Jerusalem zurückkehrender Ritter Veranlassung gab zum Bau einer Capelle, bis zum Jahre 1630, wo der Bruder Felix Loch im Namen der brühler Franziscaner von der Capelle, ihren Utensilien und dem ganzen Berge Besitz ergreift und durch Glockenschlag das ganze Volk zum Gottesdienste versammelt, ist in der Chronik ausführlich erzählt. Die Verhandlungen, die der Gründung vorausgingen, sind interessant. Drei Orden bewarben sich um die Erlaubniß einer Niederlassung in Ahrweiler, die Kapuziner in Linz, die Jesuiten zu Münstereifel und die Franziscaner zu Brühl. Den letzteren stand der Einfluß eines Ehepaares entgegen, des Rathsherrn Stappelberg und seiner Frau; der Unwille über die letztere reißt den Chronisten zu einer schöpferischen Latinität hin, er nennt sie eine

1) Die Ahr von Kinkel.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

virago, oratrix potentissima, ein Mannweib mit einem unüberwindlichen Mundwerk. Das Franziscanerkloster war die Seele des religiösen Lebens an der Ahr; die Wege nach Ahrweiler waren das Jahr hindurch mit Processionen bedeckt, die, besonders an bestimmten Tagen, mit Kreuz und Fahne nach dem Calvarienberge zogen; in jeder Noth war die dortige Kirche Zufluchtsort. Im Jahre 1658 und andere Male befand sich in der Sintziger Procession eine Herzogin, die Witwe des Pfalzgrafen Wolfgang Wilhelm. Die Chronik verzeichnet ganz sorgfältig alle Processionen, die dorthin kamen, die Zahl der Beichtenden und Communicirenden. Wir haben hier und da, um eine Anschauung des Lebens zu geben, das da herrschte, Mittheilungen gemacht, z. B. zu den Jahren 1652 und 1666, vom Jahre 1714 bis 1718 kamen in und außer dem Kloster 150,000 Beichten, 100,000 Communionen in dem Convente vor. Die Zahl der Processionen betrug 105. Die Kirche faßte häufig die Zahl der Pilger nicht, und die Predigt wurde draußen in der schönen freien Natur gehalten. Der Andrang war oft so groß, daß in Ahrweiler das Brod ausging. Die Franziscaner waren im Dienste des Volkes unermüdlich thätig, namentlich bei ansteckenden Krankheiten, wovon das Ahrthal schrecklich heimgesucht wurde; von dem Bruder Meukenius heißt es unter dem Jahre 1667, daß er sieben Monate hindurch die Pestkranken zu Bachem mit großer Aufopferung bediente.

Interessant sind die Mittheilungen über religiöse Schauspiele auf dem Calvarienberge. Das deutsche Drama ist bekanntlich dem religiösen Cultus entsprungen. Zur Passionszeit wurde die Leidensgeschichte von verschiedenen Personen vorgeführt. Der Priester übernahm die Rolle Christi, während andere Personen die Apostel, Pilatus, Herodes 2c. darstellten. Als später Costume und Handlung dazu kam, war das Drama fertig. Auf dem Calvarienberge führte der Bruder Karl Clerick, ein geborner Kölner, solche Spiele auf. Am 4. October des Jahres 1651 zog die Ahrweiler Jugend in festlichen Kleidern processionsweise auf den Calvarienberg und trug auf einer Bühne, die neben dem hohen Altare errichtet worden war, geistliche Lobgedichte auf den heil. Franziscus vor, in Gegenwart eines zahlreichen Publicums. Ein ander Mal schlug der genannte Clerick hinter der Kirche eine Bühne auf, auf welcher folgende Darstellung aufgeführt wurde: Christus über die Sünden der Menschen erzürnt, will mit drei Pfeilen die Welt verderben, aber auf Bitten der heil. Mutter Gottes und im Hinblick auf den heil. Franziscus läßt er sich versöhnen. Das Publicum war zahl-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

reich versammelt. Karl Clerick war beim Volke, namentlich bei der Ahrweiler Jugend, die er im Katechismus unterrichtete, sehr beliebt. Er starb am 6. Mai 1652 an der Schwindsucht, in dem Alter von 27 Jahren. Als man seine Leiche in dem Kreuzgange neben dem Altare des heil. Franziscus beisetzte, bezeugte das zahlreich versammelte Volk seine Liebe in reich fließenden Thränen.

Auf dem Calvarienberge stand zuerst eine kleine, in Fachwerk aufgeführte Capelle, die in dem ersten Bande der Chronik abgebildet ist. Später baute Johannes Gohr aus eigenen Mitteln eine zweite Capelle. Zu der jetzt stehenden Kirche wurde am 31. August 1664 der Grundstein gelegt. 1669 ist das Holzwerk fertig; 1671 werden die Gewölbe des Chores, im Juli das des Hauptschiffes eingesetzt, am 23. Mai wurde das Kreuz auf dem Thurm aufgerichtet. Bemerkenswerth ist es, daß die Mönche, wie in den Zeiten der romanischen Periode, die Baumeister sind.

Von dem Pastor Servatius Ottlerus, der in der Chronik viel genannt wird, bei der Annäherung Turenne's zu den Flüchtigen gehörte, lesen wir, daß er 24 Predigten, die den heil. Franziscus zum Gegenstande hatten, seine Ethologie, in Druck gab. Wir begegnen auch einem Maler, dem Gerard von Aachen, der im Auftrage der Anna Catharina Walpott verwitweten Gräfin von der Leyen 1650 das Tabernakel des hohen Altares illuminirte und 44 Reichsthaler Honorar bekam. Haben wir in diesen Bemerkungen einen Maler erwähnt, so dürfen wir auch einen Dichter nicht übergehen, einen gebornen Brühler, den Bruder Gottfried Langen, später Guardian, dessen Lobgedicht auf die Stadt Ahrweiler (a. 1744) wir wohl mit der Chronik geistreich nennen dürfen. In der Bildung der Verse und Chronika ist er nicht ungeschickt. Das Spiel mit den sechs W ist ganz artig und dem Zwecke entsprechend. An dem fünften W weiß er sich als entsagender Mönch geschickt vorbei zu machen. Jedenfalls liefert das Gedicht den Beweis, daß der Sinn der damaligen Franziscaner der Wissenschaft und der Kunst nicht entfremdet war.

Ueber die Pfarrkirche liefert die Chronik einige Notizen, wir sehen, daß sie aus Steinen, die zu Dettelforst, Olbrück und Weibern gewonnen wurden, aufgeführt wurde, während für die alten Stadtthore Drachenfelser Steine das Baumaterial bildeten. Die Jesuitenkirche zu Köln ist, wie wir gelegentlich erfahren, ebenfalls aus Drachenfelser Steinen erbaut.

Die Franziscaner hatten die Pflicht, die Memorabilien ihres Klosters zu verzeichnen und zu bestimmten Zeiten an den Chronisten der Pro-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vinz einzuschicken. Die Memorabilien der Franziscaner auf dem Calvarienberge sind in zwei Bänden erhalten, wovon der erste bis zum Jahre 1684, der zweite bis zum Jahre 1747 reicht. Im Jahre 1702 trat eine Censur ein, namentlich waren alle politischen Bemerkungen und Notizen über Fürsten 2c. verboten.

Ueber die adeligen Häuser in der Umgegend von Ahrweiler enthält die Chronik manche Notizen, namentlich über die gräfliche, jetzt fürstliche Familie von der Leyen (de petra), die in der Kirche auf dem Calvarienberge ihr Begräbniß hatte. Bemerkenswerth ist die Notiz, daß zu Ahrweiler die Fastnacht gefeiert wurde, 1680 fiel deßwegen Nachmittags der Gottesdienst aus. Die häusliche Einrichtung des Klosters war ganz einfach und ärmlich. Die Zellen waren nicht geheizt, dagegen gab es ein calefactorium, das die Mönche besuchen durften. Das Krankenzimmer war bis zum Jahre 1655 in jämmerlichem Zustande. Für die häusliche Einrichtung sind noch zu bemerken und werden in der Chronik genannt: ein refectorium, wo die Mönche zusammen aßen, ein domus locutoria, eine Bibliothek, ein braxatorium, ein dormitorium, das bis zum Jahre 1655 theilweise ungedielt war.

Die Latinität ist, wie man auf den ersten Blick sieht, eine ganz ungenirte. Man kommt am besten zurecht, wenn man wörtlich übersetzt. Oft sind die Constructionen nicht in Ordnung oder ungemein gewaltsam. Besonders geht die Chronik mit Adverbial-Nebensätzen, die nach der gangbaren Grammatik den Ablativus absolutus erfordern, eigenthümlich um; z. B. steht p. 53 Zeile 5 von unten statt illo (malo) aucto einfach auctum. Die Orthographie der Handschrift ist beibehalten, jedoch auf die großen oder kleinen Anfangsbuchstaben keine Rücksicht genommen worden.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf